Il ajoute en suite sur ces autres mots, *Il (h) étoit la lumiere véritable qui illumine tout homme qui vient au monde*: s'il (i) illumine tout homme qui vient au monde, comment est-il resté tant d'hommes qui n'ont point été illuminez? Il repond que pour ce qui est de Jesus-Christ il illumine tout le monde; que s'il y en a quelques-uns qui demeurent sans être illuminez, cela vient de leur volonté: car la grace de la lumiere, ajoute-t-il, a été répandue généralement sur tous à l'exemple du soleil; mais ceux qui ne veulent point jouir de la grace, sont eux-mêmes la cause de ce qu'ils ne sont point illuminez.

Les Livres du Nouveau Testament étant remplis de particules causales, qui semblent detruire la liberté de l'homme, il remarque à l'imitation des autres Commentateurs Grecs, qu'on ne les doit

(b) Διότι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον τὸ περὶ ταύτης εἰπεῖν. Τί γὰρ ἂν καὶ συνετέλεσε Χριστιανοῖς ἡ ταύτης διήγησις; διὸ ταύτην μὴ παρέδραμον. Τοῖς δὲ λόγους τοῦ μυστικοῦ δειπνοῦ φιλοπονώτερον προσδιέτριψαν, ὡς ἀναγκασιώτατον καὶ συνεκτικώτατον τῆς ἡμῶν πίστεως. Ibid.

(c) Maldonat. Comment. in Matth. cap. xxvi, v. 20.

(d) Matth. ix, 13.

(e) Euthym. Comm. in Matth. cap. xxvi, vers. 35. Verba infra vide: Οὐτε ἀνθρώπινῃ προθυμίᾳ κατορθοῖται χωρὶς τῆς θείας βοήθειας. κ. τ. λ.

(f) Φασι δὲ τινες, ὅτι ἀνέγκλητός ἐστι, τὸ προωριεμένον ἐπιτελέσας. Πρὸς οὗς λέγομεν, ὅτι οὐ διὸ τὸ προωριετό, διὰ τοῦτο παρεῖδωκεν· ἀλλὰ διότι παρ-

έδωκε, διὰ τοῦτο προωρίσθη. τοῦ Θεοῦ προαιδέτο, τὸ παντὸς ἀποδησόμενον. Ἐμελλε γὰρ ὄντως ἀποβῆναι τοιοῦτος, οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Ad Matth. cap. xxvi, vers. 24.

(g) Joan. i, 7.

(h) Ibid. 9.

(i) Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτον μεμενῆχασιν ἀπίστιστοι; τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἦκον πάντας φωτίζει· οἱ δὲ μένοντες ἀπώτιστοι, πρὶν τὴν ἐαυτῶν προαίρεσιν πάσχουσιν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις ἡλίου εἰκην ἐπὶ πάντας ἀπλῶς ἐκκέχυται· οἱ δὲ μὴ θέλοντες ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, αὐτοὶ τοῖς μὴ φωτισθῆναι αἴτιοι. Ad Joan. cap. i, vers. 40.

point considerer comme causales, ayant été mises seulement pour signifier ce qui devoit arriver. C'est en ce sens qu'il explique cette expression de saint Jean : *Afin (k) que cette parole du prophete Isaie fut accomplie*, Κάνταῦθα, dit-il, τὸ ἴνα. οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, ἥτοι πληρώσεως τοῦ μιλόντος.

Ce qu'il étend généralement à tous les endroits où cette expression et quelques autres semblables se rencontrent : car, comme il ajoute, les choses que les prophetes ont prédites ne sont pas arrivées parce qu'ils les ont prédites ; mais elles sont prédites parce qu'elles devoient arriver. Il repete la même chose sur ces mots du verset suivant, *C'est (l) pourquoy ils ne pouvoient croire parce qu'Isaie a dit*, où il remarque en même tems *que ne pouvoir point*, signifie aussi *ne vouloir point*, Τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι σημαίνει καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι.

Il ajoute encore une reflexion semblable sur ces autres paroles qui suivent immédiatement après, et qui paroissent d'abord avoir quelque chose de dur, *il a (m) aveuglé leurs yeux, il a endurci leur cœur de peur qu'ils ne voyent etc (n)*. Cela, dit-il, est aussi une maniere de parler propre à l'Écriture, de faire Dieu auteur de ce qu'il ne fait que permettre : car ces mots, *il a aveuglé, il a endurci*, sont la même chose que, *il a permis qu'ils fussent aveugles et endurcis*, comme ne pouvant plus être guéris : car il ne tire personne par force, chacun ayant sa liberté. Ce qu'il confirme par plusieurs autres expressions tant du Vieux que du Nouveau Testament.

Je n'aurois jamais fait, si je voulois rapporter en détail tous les lieux où ce savant Commentateur se précautionne, de peur qu'on n'attribuë à Dieu ce qui vient purement de nous. Il assure après avoir conféré avec soin plusieurs passages ensemble, que ce sont des façons de parler propres à l'Écriture : ce qu'il avoit appris des plus anciens Docteurs de l'Église. J'insérerai encore icy la reflexion qu'il a faite sur ces paroles : *Afin (o) qu'il donne la vie éternelle à tous ceux que vous luy avez donnez. Autant (p) dit-il, que cela est en luy. Si quelques-uns n'ont point cru, et n'ont point reçu la vie éternelle, c'est leur propre faute : car il a plu au Pere que le Fils don- nât le pouvoir à tous par la foy, et que tous fussent soumis au joug de ses commandemens. Le Fils a aussi donné à tous par le ministere des apôtres l'E- vangile, qui est la connoissance de Dieu, en laquelle consiste la vie éternelle. Mais ceux qui ne sont point*

(k) Joan. xii, 38.

(l) Joan. xii, 39.

(m) Ibid. vers. 40.

(n) Ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Γραφῆς, τὸ τὴν παραχώρησιν τοῦ Θεοῦ, ὡς πρᾶξιν αὐτοῦ λέγειν. Τὸ γὰρ τετύφλωκε καὶ τὸ κωλύωκεν, ἀντὶ τοῦ παραχώρησε τυφλωθῆναι καὶ κωλυθῆναι, ὡς ἀνάτων. Οὐδένα γὰρ ἀνθέλκει, διὰ τὸ αὐτεξούσιον ἐκάστου.

(o) Joan. xvii, 2.

(p) Ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ. Εἰ δὲ τις οὕτε ἐπίστευ-

*A soumis, et qui n'ont point reçu cet Evangile, sont eux-mêmes la cause de leur perte : car Dieu ne contraint personne malgré luy ; la vertu venant de notre choix,*

Enfin j'ay raporté dans la premiere partie de cet ouvrage, les observations critiques qu'Euthymius a faites sur le chapitre dernier de saint Marc, et sur le viii de saint Jean lesquelles sont des preuves de sa grande exactitude. Il ne dit pas, comme Hentenius luy a fait dire dans sa version, que les douze versets dont il s'agit en ce lieu-là n'ont été interpretés par aucun commentateur, mais seulement que saint Chrysostôme n'en parle point, Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὁδῶς μνημονεῦσαι αὐτῶν : car c'est ainsi qu'on lit dans les deux exemplaires manuscrits de la bibliotheque du roy. Ce seroit icy le lieu de marquer les autres fautes de ce traducteur : mais outre que cela seroit long et même ennuyeux, on pourra publier le texte Grec de cet excellent Commentaire avec une nouvelle traduction. Il faut cependant avouer que Hentenius est beaucoup plus exact dans sa version, que celui qui nous a donné en Latin le Commentaire de cet auteur sur les Pseaumes.

Hentenius de plus a eu un fort bon exemplaire ms. comme je l'ay reconnu en comparant sa traduction avec les deux manuscrits de la bibliotheque du roy, qui sont très-exacts. On y trouve aussi bien que dans le sien des scolies qui y ont été ajoutées, et qu'il a fait imprimer en caractères itali- ques. Ce qui merite le plus d'être considéré, c'est que les copistes Grecs qui ont écrit ces scolies ne conviennent pas toujours, y en ayant plus dans quelques mss. que dans les autres. Elles sont à la marge dans un des mss. du roy, et dans l'autre en partie à la marge, et en partie dans le corps du livre avec la note σχολ. scolies ; et quelquefois même sans cette note. Cette differente maniere d'écrire les scolies que les Grecs ajoutent à la plupart de leurs livres, y a apporté beaucoup de confusion : car il est arrivé dans la suite qu'on a confondu avec le texte plusieurs de ces scolies, comme il me seroit aisé d'en produire un grand nombre d'exemples, tirez de ce Commentaire d'Euthymius. Mais il suffit d'avoir fait cette observation en general, afin qu'on se précautionne en lisant les Commentaires des auteurs Grecs, ou l'on a inseré plusieurs choses après coup, comme nous avons aussi vu qu'il est arrivé à Theophylacte.

σαν, οὕτε ἔλαβον ζωὴν αἰώνιον, τῶν τοιούτων ἐστὶ τὸ ἐγκλημα. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ εὐδόκησεν, ἵνα πάντων ὁ Υἱὸς ἐξουσίασῃ διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντες ὅπῃ τὴν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ γένωνται· καὶ ὁ Υἱὸς δὲ πᾶσι διὰ τῶν ἀποστόλων δίδωκε τὴν Εὐαγγέλιον τὴν θεογνωσίαν, ἥτις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, ὡς πρό- ξενος ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ μὴ ὑποταγέντες, μηδὲ παραδεξάμενοι, οὗτοι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας αἰτιοί. Οὐδένα γὰρ ἀκοντα καταναγκάζει. Αἰρετὴ γὰρ ἡ ὁρετῆ.

Jo. Albertus FABRICIUS in *Bibliotheca Græca* vol. VII, pag. 474. Hamburgi 1727, 4.

Commentarius (Euthymii Zigabeni) in quatuor Evangelia, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus nec dum Græce lucem vidit, licet id affirmet viri docti, Caveus, Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro Codice Bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guatlapensis Ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit I. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. fol. recusa (q) Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum, tom. XIX. edit. Lugd.

Duos codices ms. Græcos hujus Commentarii similibus qualia Hentenius in suo reperit scholiis instructos in Bibl. Regia Parisiensi evoluisse se testatur Rich. Simon., lib. III Historiæ Criticæ (r) Novi Test. cap. 29, in quorum altero Mazariniano, B

sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur, quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Oecumenio vel Ammonio nescio cui vel Theophylacto ascribere voluerunt.

Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite tum (s) lib. I, p. 120, 145; et lib. III, p. 84, et magni eum facit in primis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. xvii, 8, Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores e quibus Aurea Thomæ Aquinatis Catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670. desideratur. Vide Simonis Hist. Criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

(q) A Voigtio in Catalogo Hist. Crit. lib. rar. p. 734, et ab aliis memoratur etiam ex Theoph. Sinceri Biblioth. Hist. crit. lib. rar. p. 123 seq. editio Parisina anni 1544 in-8. apud Joannem Reigny. Excudebat Carol. Guillard. Sed in Indice hujus editionis, quem integrum videtur exhibuisse Voigtius, non legitur: *Liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est: quæ leguntur*

in editione Lovaniensi. Ergo ut videtur, Lovaniensis tamen est princeps, etsi reperitur Parisina ejusdem anni. Forte autem erratum est in numeris, ac pro 1544 legendum est 1547. In tanta libri raritate nihil hac de re certum habeo.

(r) Commentatorum.  
(s) De textu N. Test.

Ex tomo primo *Dissertationis historicæ in Bellarminum* P. Phil. LABBE.

Euthymius Zigabenus, monachus Græcus, vixit in eunte sæculo XII superstesque adhuc erat anno 1118, quo Alexius Comnenus imperator obiit. — Scripsit orthodoxæ fidei Panopliam adversus omnes hæreses, in duas partes tributam, interprete Petro Francisco Zino Veronensi canonico: Commentationes in omnes 150 Psalmos, et decem sacræ Scripturæ cantica, e Græco in Latinum sermonem

conversas per R. P. Philippum Saulium, episcopum Brugnatensem; Commentaria in Evangelia, interprete Joanne Henteno Mechliniensi.

Hic auctor a Sixto Senensi diligens Scripturarum expositor, a cardinale Baronio accuratissimus earundem interpres a Joanne Maldonato, in observandis verborum proprietatibus diligentissimus appellatur.

Jo. Augustus ERNESTI in *Institutione interpr. N. Test.* Pars II, cap. 9, § 24.

Nec prætereundus Euthymius Zigabenus, Panopliæ Dogmaticæ scriptor, e sæc. XII; cujus Commentarios in Evangelia Latine editos a Joan. Henteno habemus, pariter e Chrysostomo maxime, sed tamen et aliis ductos, et doctis valde probatos, ut

Sadoletus (t), quem vid. Epist. p. 214 edit. nov. add. Fabric. Bibl. Græc. t. VII, p. 484. Et memorantur codices scripti Comment. in Epist. Pauli, item Catholicas.

(t) Apud Sadoletum l. I. in edit. Veron. 1737, 4, nihil nisi hoc reperi: Ab Euthymio, cui ego senten-

tias Basilii, Chrysostomique referenti, in Epistolis Pauli enotandis tribuo permultum.

Jo. Augustus NOËSSELT *De Catenis Patrum Græcorum.* Halæ ad Salam 1762, 4, pag. 23 seqq.

Ex eodem genere (u) est Euthymii Zigabeni sæc. XII monachi monasterii Constantinopolitani, cogno-

minatî τῆς περιβλήπτου, Panopliæ dogmaticæ scriptoris, Commentarius in IV Evangelia, quem a

(u) Exposuerat proxime ante hunc de Theophylacto.

Joan. Hentenio in cœnobio regni Castellæ repertum et e Græco in Latinum sermonem translatum habemus tom. XIX Bibl. PP. maximæ Lugd., p. 475 seqq. Concinnata est hæc expositio ex Origenis, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi potissimum scriptis, ea ratione, ut prætermisiss omnibus digressionibus, quæ vel dictionis venustatem subolent, vel ad corrigendos mores spectant, ea in primis breviter et succincte tradat, quæ ad sensum grammaticum intelligendum maxime faciunt. Quod auctoris nostri consilium cum aliis viris doctis, tum Maldonato præsertim acceptum fuit, qui in com. ad Matth. xvii, 8, in verborum proprietatibus diligentissimum enim esse monuit. Dubitarunt autem alii, utrum Euthymius, an alius quispiam auctoris laude ornandus sit; ad quos pertinet Joan. Hentenius, qui in epist. nuncup. refert, plurimis auctorem hujus Catenæ visum fuisse OEcumenium.

Sed cum illud videtur maxime ambiguum sit, ita nec certius quid evincit adducta a Rich. Simone l. c. pag. 410, conjectura, qua, Theophylactum auctorem esse sibi persuadet. Qui enim inter utrumque intercedit consensus, vel a Chrysostomo, tanquam communi fonte, fluxit, vel si singularem dogmatum quorundam tractationem spectes, a stabilitis in Ecclesia Orientali fidei capitibus. Verum sæpius discedere Euthymium a Theophylacto cum in interpretatione, tum in lectione, exempla comprobant. Ita e. c. cum Theophylacto quidem et aliis codicibus conspirat in lectionibus supra (x) memoratis Matth. iii, 11; v, 47; Luc. vii, 31 et aliis. Haud raro tamen singulari lectione gaudet, in quibusdam tantummodo N. T. codicibus obvia; ut Joan. viii, 40, ubi loco παρά τοῦ θεοῦ Euthymius legit: Παρά τοῦ πατρὸς isque solus, et xiii, 25, voci ἐκεῖνος subjungit οὕτως. Cum ergo ille recumberet ita super pectus Jesu, etc. Quod interpretatur: Ita sicuti recumbebat, hoc est non elevatus; sed tantum conversus. Similiter Joan. xix, 16, legit ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. Matth. xiii, 27, deest σῶ (y); et Luc. v. 19 omissum deprehendimus δὲ ἀντὶ ποταμοῦ. Luc. xii, 35, recte cum codd. quibusdam omittit καὶ ὑποδριμάτων. Sed cautio hic adhibenda est ac diligentia, propterea, quod omnes lectionum varietates minime ab Euthymio proficisci, sed multas potius

A e margine in contextum irrepsisse exploratum est. Refert enim Hentenius in præf. margini exemplaris ascriptas fuisse adnotationes (z), quæ deinde in reliquæ scripturæ ordinem redactæ atque post ejus particulæ textus enarrationem, ad quam ponebantur, ab ipso locatæ sint. Unde etiam haud mirum, quod toties cum exemplari (a) Complutensi Græco et Vulgato interprete congruat, præsertim cum ipse editor mala fide in corrigendo subinde egerit. Ita in recensione locorum quorundam, in quibus exemplar Hentenii alia habebat, quam ea, quæ vulgo circumferuntur, exemplaria, ipse loco cit. pag. 485, narrat, verba Luc. xix, 15. οὗς εἶδονε (b) τὸ ἀργύριον apud Euthymium non existisse: Quod tamen, inquit addidimus sicut quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et in Complut. editione habeatur. Hisce navis facile mederi potuissent editores, si textum Euthymii collegissent e codicibus Græcis, præsertim Parisiensibus et Barocciano 28, qui Millio quondam in conquirendis lectionibus magno adjumento fuit. Illud quoque sciendum est, Euthymium iis in locis, ubi argumentum se offert, quod in alio evangelista jam dilucidatum erat, transmittere lectorem ad dictam expositionem, citato nimirum juxta Græcorum supputationem capite; cujus allegandi rationis secundum majora κεφάλαια institutæ mentionem injiciens Sixtus Senensis, Bibl. S. L. III, p. 166, r. fert: Euthymius seu, ut quibusdam videtur, OEcumenius distribuit Evangelium Matthæi in titulos seu capita (c) 86. Cujusmodi distinctiones apud Marcum exstant 48; Lucam 83; Joannem denique 18; non numerata sectione de muliere in adulterio comprehensa, quæ narratio nunquam a Græcis doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur (d). Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant, qui Græcæ Ecclesiæ addictos sese profitentur. Qualis est illa, quæ progenit contentionem inter Græcos et Latinos diu olim agitatam: quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cujusvis initium capiente, sed differenda ad diem judicii: denique etiam de Spiritu sancto a solo Patre procedente, cui opinioni inhæsisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum sanctum a Patre procedere

(x) Pag. 16. Sunt autem hæc: Matth. iii, 11 omititur καὶ πρὸς. N. 37. φίλους, pro ἀδελφούς. Luc. vii, 34, absunt, εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

(y) Servat id uterque codex meus.

(z) Idem quoque de Parisinis codd. refert Simonius. Id intelligitur etiam ex hac editione et ex codicibus Mosquensibus. Sed ista additamenta in marginibus scholia spectant, non contextum.

(a) Complutensem editionem Hentenius ad manus habuit, ex qua etiam disputat contra editionem Erasmi. Sæpius etiam versionem Latinam Vulgatam pro Euthymio expressit. In eo autem secutus est consuetudinem illorum temporum.

(b) Servat hæc uterque Mosquensis.

(c) Imo 68.

(d) Addit vero Euthymius in fine cap. vii Joan: Scire autem oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, usque ad eum, quo dicitur. Iterum ergo locutus est illis Jesus, dicens: « Ego sum lux mundi. » in exactioribus exemplaribus aut non inventantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et hujus argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus. Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus mss. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon, l. c. pag. 422, verba ita se habent: Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον δὼς μνημονεῦσαι αὐτῶν. Ita Neesselt in nota ad h. l.

asserit, nulla Filii facta mentione (e). Reliqua quæ a Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, cum ab eo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad Expositionem epistolarum Pauli att-

(e) Ita ad Joan. xiv, 10. Et datur quidem a Patre, utpote ab illo procedens, mittitur vero a Filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter c. xv, 26. : Vide autem, quod mittit quidem eum et Filius, tan-

net a nonnullis Euthymio ascriptam, Rich. Simon Bibl. crit. de Du Pin l. c. pag. 323, eos Euthymium cum Œcumenio commutasse iudicat.

quam ejusdem cum Patre honoris; verum id a Patre puta, procedentem. Procedit itaque a Patre, tanquam de ejus substantia. Noesselt in *Notis ad h. l.*

## JOANNIS HENTENII MECHLINIENSIS

### EPISTOLA DEDICATORIA.

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Francisco a Bovadilla episcopo Cauriensi, archidiacono Toletano, etc. Joannes Hentenius Mechliniensis, S. D.

Si bonum eo præstantius esse quanto communius, nemo est vel mediocriter morali philosophia instructus qui dubitet, præsul amplissime, virtutum ac litterarum antistes : non erit etiam qui ambigat, commune bonum privato esse præponendum. Idque adeo verum est, ut etiam Christus sacratissimam illam vitam suam vilem habuerit, quo universo generi humano salus adempta possit restitui. Verum ne dicat quispiam Christi opera, utpote divina, nequaquam in numerum esse redigenda : age et ab ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui suam suorumque vitam communi bono posthabuerunt. In primis autem occurrit Junius ille Brutus, primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod fuissent consilii de reducendis regibus participes, securi jussit percuti : tametsi ex eorum cæde gravi ipse sauciaretur vulnere ; quis enim amor æquari possit patrum erga filios amor ? Nec id sane Virgilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum :

*Vis et Tarquinius, reges animamque superbam  
Ulloris Bruti, fascesque videre receptos ?  
Consulis imperium hic primus sævasque secures  
Accipiet : natosque pater nova bella moventes  
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit  
Infelix, utcunque ferent ea facta nepotes :  
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.*

P. Decius Mus cum consule T. Manlio Torquato contra Latinos pugnans, cum responsum esset oraculo, utrius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas devovisset, ejus populi partisque fore victoriam : se ipsum pro communi exercitus salute devovit.

Idemque fecit filius ejus eodem appellatus nomine, cum jam tertium consul fuisset, semelque censor : quorum etiam his verbis poeta meminit :  
*Quin Decios Drusosque simul, sævumque securi  
Aspicet Torquatam et referentem signa Camillum.*

Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo invecum in terræ hiatus injectit. Sp. Post-

humus consul, qui ignominiosam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac sponderat, auctor fuit senatui, ut se cum collega ac tribunis qui auctores sponsonis fuerant, per fœciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solveretur.

Q. Ceditius tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus, vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit : ut dum in eos, tumulum quemdam capientes, averterentur hostes legiones cum consulibus circumventæ, incolumes ex obsidione liberatæ, pertransirent. Simile quoque egit Decius tribunus militum cum consule P. Valerio Corvino, junctus hastatis unius legionis (quanquam hos fortuna liberaverit) ne hostes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est hujus modi copia exemplorum : verum præcipui sese mihi offerunt Buris et Spartis, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt : daturi pœnas quas Lacedæmonii juxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Persa missos occidissent. Hi ergo cum ad Xerxen venissent, jusserunt ut se quocunque modo videretur, pro Lacedæmonii interficeret. Cumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberasset illos a pœna, peteretque ut apud se manerent : Qui possumus, inquit, hic vivere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri ? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam, qui cum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo juxta Apollinis oraculum tam grave bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percubisset, ideoque edictum esset, ne quis Codri corpus vulneraret, depositis imperii insignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo sese objecit, unumque ex his falce percussum in sui cædem compulit, ut patriam servaret ; hujus siquidem interitu, ne Athenæ occiderent effectum est.

Huic jam rei finem imponam, si prius hominis ethnici, nempe Ciceronis *De somnio Scipionis* dictum vere Christianum de communis boni magnitudine retulero, qui sic ait : « Quo sis, Africane, alicuior ad tutandam rempublicam, sic habeto : omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruuntur. » Nihil est enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cætusque hominum iure sociati, quæ societates appellantur : harum rectores et conservatores hinc profecti, huc revertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in ejus utilitatem artem aliquam quantumvis etiam illiberalem ac sedentariam, sive quidpiam in ea præcipuum gratumque posteris adinvenerunt, vices rependere cupiens antiquitas : et qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmorea sepulcra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos pretio magna fide vel religione potius descriptos, codicibus inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posterius in templis cautissime reponcabant : partim ut rei tam sacræ, tamque divinæ custodia non aliis quam ipsis numinibus concederetur : partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra profanaque solent misceri, interirent, et posteris certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitionis etiam voluminibus, veluti Numæ ac Sybillæ, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Ægyptiorum libri : aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis : quanto justius est idem facere Christianos in servandis illorum monumentis ? qui sacro afflati Spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerant, quibus lectandis, pectus non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur : cum certe ethnicorum librorum jaciura id tantum efficiat, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pii.

In his itaque qui veterum auctorum ac Patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem invenias magis accommodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Græcus quidam auctor : qui cernens veteres sacros auctores et præcipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis evangelicæ doctrinæ libris ad quam docendam Filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari : sive id librorum multitudine, sive lectorum fastidio, sive temporis acciderit penuria : in unum collegit volumen, quidquid illi magna codicum turba selectum, circa Evangelia reliquerant. Et ta-

mea cum posteris adeo utile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex ejus scriptis luce clarius est perspicere ut sibi id adeo non vindicaverit, quod nec proprium nomen adjiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum cæteris, quorum ingenio favebatur esse potissima, quæ in unum ipse collegit quanquam et ipse suo Marte plurima quæ et præstantissima erant, adjunxerat, ut hinc conjicias quantum animo dissideret ab iis qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane auctor hic fuisse videtur Oecumenius is, qui similia Commentaria ex eisdem collegit auctoribus, in Acta apostolorum, in Epistolas quæ Catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, ut certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere : qua de re pluribus aegenus, cum totum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates quod præter ipsas evangelistarum novo modo depictas, jamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit cum casu reperissem in bibliotheca cœnobii Deiparæ Virginis a Guadalupe, ordinis divi Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delitescit : ut sunt ejus sodalium, præsertim autem celeberrimi illius monasterii cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper auctorum, potissimum tamen veterum, diligentissimi observatores ac cultores, visum est invidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius privari Latinos. Nec tamen inscius eram, quam duram, quamque arduam adire provinciam : partim quidem, quod propriæ consuevit imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere : partim vero quod mihi res esset cum ejusmodi libro, quem vel legere non mediocri foret negotii, utpote ignotis ut plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia : litterarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ obliteratis, vel tinearum ac blattarum injuria semiorosis, vel novo adeo more depictis, ut in formis etiam noscendis mihi foret recuperascendum.

D Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se invicem separatæ dictiones : et e diverso ejusdem dictionis litteræ aut syllabæ plusquam justo a se invicem separantur intervallo, adeo ut nec versus syllabam sæpius fluat : commata ac incisa vix adduntur, aut ubi nihil opus est apponuntur : quæ res plerumque difficultatem gignit non parvam. Sciebam præterea quanto ut in unum dicam sese exponant periculo, qui libros à peregrina lingua traductos in lucem edunt : quot et quam varios suscipiant judices, quorum plerique Græcis litteris nea limine quidem salutatis, ob id statim omnia damnant, quod mundum illum rhetoricum præ se non ferant, ignorantes quibus arcetur modis is, qui alienæ linguæ depositum li-

deliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est ei, qui ab una lingua quidpiam transfert in aliam : ne dum sermoni quærit ornatum, repente pro interprete paraphrasten agat : rursumque ne ita verbis hæreat, ut prioris linguæ idioma ta aut dialectos relineat : sed quæque lingua quod suum est habeat : alioqui nec Græcæ loqui videtur, nec Latine : idque quod in indoctum jactatum est comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Græcis bonis, Latina fecerit non bona, id quod de multis exulcerato hoc sæculo apte quis dixerit. Quis enim sacras jam Litteras passim non sibi vindicat, antequam discat : torquet, lacerat : suoque intellectui, imo suis affectibus servire cogit scripturam etiam repugnantem ? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quanquam in sua arena feliciter versarentur, proprios egressi limites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quæque dijudicate conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut jurisperito cum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum ? Quodque longe magis desendum est, dum animo pravus imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant : nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia, quod tamen, nisi illotis accederent ad contractanda sacra manibus, facilius posset ignosci : nunc vero, ne suis repugnent dogmatis, aut truncalim, aut pravo sensum nobis reidunt. Quod luce clarius ostendemus, ubi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, brevi faciemus. Ob hæc igitur aliaque plurima quæ versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic auctori dignitatis, quantumque splendoris tehebricosus interpres abstulerim. Sed utcumque sit, sensum tamen me assecutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornaverim : verum id nemo sanæ mentis in Commentariis requiret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ astricis est linguæ. Quod si universis satisfacere non potui facile feram, cum ne mihi quidem ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducêrem piaculum, si fideles diutius tanto fraudarentur thesauro. Quid enim, quod ad evangelicæ historiæ enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origene, Basilio, aut Nazianzeno invenies, quod hic facillime et succinctissime non proferat ? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, ut Evangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum Epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacre Scripturæ libros non reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur : et idcirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiæ

A seriem magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem : quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli litteræ enarrationi hæerere. At noster hic auctor unicum hunc habuit scopum, ut evangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quod si ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breviter quidem ac rarius, sed felicissime tradit hic auctor. Quam apte, bone Deus, cum evangelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo iudicio, adeo utiliter ac serio hactenus invigilavit. In quo tamen, sicut neque in cæteris, nolui quisquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, ut tibi nuncuparem, amplissime præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua : quam præter auditam famam longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus : qua, cum omnes etiam extremæ fortunæ homines tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris : ipsaque studia, ubicunque vel minima datur occasio, totis provehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod cum tibi forte fortuna nos invisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, una cum Græco exemplari, nequaquam ut monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum positionem avide deoscularis : mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cuiusvis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritate tentassem, tam locupletis, hac etiam in parte, viro, tantillum offerre munusculum : Munusculum, inquam : nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inveniat locum. Siquidem ut hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari : nempe ut irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius, non pertractus, non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes convincere, non violentus, non percussor, non turpiter lucri avidus, sed æquus ac justus a pugnis et ab avaritia alienus, qui domui suæ bone præsit. (Nam si quis, inquit, propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit ?) non in fide novitius, ne inflatus in iudicium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Ut hæc, inquam, omnia sileam quæ nullus qui te propius noverit, in te desiderare poterit : quin pleraque etiam abundantius inveniet, quam exegerit Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis

cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam præclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quæ nihil quod suarum est partium ipsi unquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, iudicium certissimum, ingenium tam acre, peneque divinum, memoriam adeo tenacem? in quo præter exactam utriusque juris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc puer exercitissimus erat: in Hebræis vero Deus bone quam feliciter versatus est, quam etiam erga suum præceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras jam dudum accessit Litteras, ut neque naturalis philosophiæ, neque theologiæ, quam scholasticam vocant, destitueretur peritia, quis ambigat ipsum mira præstiturum? Itaque nullum in eis quantumvis abstrusum invenias locum, cujus exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed quid ego hæc non credituris frustra denuntio? de homine potissimum, qui nondum quintum et tricesimum attingit annum, in præclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quæ non parum impediendi studiis afferre solent. Spero equidem quod concedita sibi talenta nequam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in Ecclesiæ domo sunt, vitæ ac morum integritate, librorumque editorum doctrina præluceus, ac ut probum præset Christi civium sibi conceditarum pastorem, plurimis hisque maxime arduis distingatur negotiis: dabit tamen propedem, si divinare licet majus adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me hæc assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse. Quod si his e Græco vertendis vacare voluisset, supervacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibi ipsi vertisse

facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quærebam me opinor assecutum. O utinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos Dominus constituit super familiam suam, ut dent illi cibum in tempore! profecto felicitus ageretur cum Christi ovibus, imo cum tota republica Christiana. Præsulum namque et pastorum vitam ac mores grex universus imitatur. Quapropter omnibus in rebus, ornatissime præsul, hoc aurum ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi præceptum fuisse Mosi, ut ad tabernaculum ac sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides onychinos ac gemmas acciperet: verum etiam viles inter cætera caprarum pilos. Scis et viduæ duo ara minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis divitum muneribus ab eo præposita: et poculum aquæ frigidæ Christi nomine offerentem, nequam præmio fraudandum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas divitias conferas, profecto vilius erit abjectissimis caprarum pilis: cui nihilo minus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi Domini asservanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuæ illustrissimæ offertur Celatitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et bysso, lapidibus onychinis ac gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur, ut propensi erga te mei animi facias periculum, nullam subire recusaveris sententiam, si me ullo modo te inveneris sefelleisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad universam tui musei suppellectilem conferas: sed ad offerentis animum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe: ut dum hæc non ingrata tibi fuisse deprehendero, majores ad hujusmodi studia vires assumam. Vale, præsulum decus eximium. Lovanii anno a partu virgineo, 1543, sexto Idus Augusti.

*Ejusdem admonitio de auctore horum Commentariorum ex editione (a) Lovaniensi 1544, fol.*

Studiose Lectori.

Cum hos Commentarios ante aliquot menses (b) in lucem ederemus, studiose lector, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinarem, aliorum magis, quam nostrum secuti iudicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse

(a) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, viri perillustris, ex bibliotheca universitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, in *vierten Theile der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schri'tstellern*, pag. 82. 85.

(b) Anno 1543, sexto Idus Augusti, ut ex ejus præfatione intelligitur.

(c) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, græcitatique inter Pseudo-Œcumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui

Œcumenium, quem in cætera Novi Testamenti brevi a nobis Latinum accipies. Quanquam (ut verum fatear) hujus phrasid ab illo non parum (c) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eundem nacti auctorem in Psalmos Davidicos, et in Cantica quæ (d) una cum Psalmis canit Ecclesia, jam

utrumque legerit, sed de Œcumenio quid sentirem, dici alibi. Cum Euthymio nullo modo comparandum. Simillimus autem Euthymio est Pseudo-Theophylactus in Epistolas Paulinas.

(d) Ista cantica in plerisque codicibus τὸν Ὁ, junguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in cod. Bibl. SS. synodi num. 196 et 97.

secundo (e) typis excusum, certissimo certius ausi sumus ferre iudicium, horum Commentariorum auctorem esse Euthymium (f) Zigabonum. Neque enim unum ovo fuit unquam adeo simile, quam hæc (g) phrasis illi. Videas in utroque gratam cum simili pietate brevitatem, succinctam Hebraismo- rum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum evangelistarum enarrationes simili ac pervenusta concludit (h) δοξολογία juncta παρακλήσις. Adde (i) quod inter cætera enarrat et Mariæ ac Zachariæ cantica, quæ habet Lucas primo capite : quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretationum immutatis, eandem videbis interpretationem.

(e) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus : *Das einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr 1543, auf dem Titel führen.* Sed vocabulum excusum est ambiguum. Incertum enim, utrum ad Commentarios in Psalmos, an ad Commentarios in Evangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana, p. 58, memorat illorum Commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronæ in fol. ann. 1530, et Lutet. in 8, ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca amplissimi senatus Lipsiensis. Hanc, ut videtur, notat Hambergerus, loco laudato quanquam hic pro Latetia, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est,

A Et utrobique super eo verbo, *Præibis ante faciem Domini parare vias ejus.* Quæ sint, inquit, viæ ejus diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Cum hæc aliaque plurimaque certissima de hoc auctore indicia haberemus, maluimus in his quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum Commentariorum in Psalmos, auctorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabonum, sic neque deinceps horum in Evangelia Commentariorum suspicetur quisquam alium esse auctorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

B quod in hac ipsa editione Euthymii, anni 1544, in Indice scribitur : « Liber hic neque Græce, neque Latine antea typis unquam excusus est. » Denique hic in fine hujus admonitionis legitur : « In his quæ nondum distracta erant, » etc. Est ergo hæc, ut credo, editio princeps, mutato tantum Indice.

(f) Ita, pro *Zigabenus*.

(g) Id ipse etiam testari possum, cum codices Mosquenses Psalmorum tractaverim.

(h) Sed hoc in pluribus Patrum Commentariis reperitur.

(i) His et similibus argumentis in primis efficitur, auctorem horum Commentariorum esse Euthymium.

## EJUSDEM PRÆFATIO.

Candido Lectori.

Ne quid in hoc auctore evolvendo hæsites, candide Lector, paucis de rebus te duximus præmonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus pervenit, quædam annotationes interdum ponebantur (k) in marginibus : quas, cum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus penitus abjicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne hujusmodi adnotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacræ Scripturæ locis, quæ passim ab auctore citantur, eas in reliquæ Scripturæ ordinem redeimus, atque post ejus particulæ textus enarrationem ad quam ponebantur, locavimus : certis tamen quibusdam (l) notulis, hinc quidem adnotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, ubi operæ pretium visum est, nostras quoque adnotationes eas margini addidimus : præsertim : cum literæ dicitio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam

C habet originem, quæ loca auctor noster, ut qui Græcus tantum esset, aut omnino prætermiserat, aut infeliciter tractaverat. In primo statim cujusvis faciei initio nomen evangelistæ, una cum capituli numero juxta Latinorum enumerationem posuimus : supra ipsos autem paginæ versus, majusculis litteris, numerum capituli juxta Græcorum supputationem, quod eam solam auctor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine adnotavimus ; numeris juxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod hæc opinemur esse tibi notiora. Ubi autem locus quispian citatus, non fuerit in margine expressus, ad ejusdem voluminis locum antea citatum recurrito ; id enim de industria emisimus, ne idem capitulum ejusdem voluminis toties iteratis vicibus adnotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide lector, quod voces quasdam non vitaverimus, a quibus nostro hoc feliciori sæculo abhorrent nonnulli ; veluti sunt, *salvator, salvare, compati, compassio, incompassibilitas, dispensatio, dispensatorie ac similes* : potissimum cum viderem doctissimos a eloquentissimos christianæ religionis proceres ab

(k) Idem observavit Richardus Simonius in Euthymii codicibus Parisiis, et nos in utroque Mosquensi.

(l) Nimirum signo crucis quod nos quoque imitati sumus.

his nequaquam abhorruisse, Tertulianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam XIII De Trinit., cap. 10, ita loquitur: «Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est Hebraice *Jesus*, Græce *Soter*, nostra autem locutione *Salvator*: quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit.» Et merito hæc dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dogmata, plurimis usus fuisset vocibus quibus non est usus: quanquam et ipso verbo *Salvare* usus est in L. Pisonem, et ejus voce passiva, II De natura deorum. Quintilianus quoque lib. XII, cap. 10, usus est eodem verbo; quod etiam adnotaverunt ante eos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographorum castigatores hæc immutare ausi sint: sive id suo fecerint arbitrio, sive aliorum suasu, qui hæc depravata fuisse asserebant, quod rara essent inventu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemvis occurrentem ideam auctor, nullo prætermisso ita explanat, ut quæcunque circa eam materiam, aut ideam evangelista alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad minima usque singulorum interdum verba, ubi vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato juxta Græcorum supputationem capite transmittat: idcirco præstat antequam auctoris verba aggrediamur præmittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Græcos distincta sunt, quem et nos una cum auctore in nostra versione servabimus. Deinde quia in Græco, in quod incidimus, exemplari, contextus Evangelij non raro discrepat a Novorum Testamentorum editione, quæ passim Græcis excusa typis circumferuntur: quod ubi accidit, plerumque conforme est exemplar Græci hujus auctoris editioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia compluti curavit nostris temporibus varijs linguis excudenda: accitis undique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis, vel ab ipsa Leonis X Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Evangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia adnotavimus: quanquam frequenter res sit exigui momenti, quæ dissidium faciat. Ubi autem Complutense hoc citaverimus exemplar, Græcum intelligimus contextum non Latinum: nam in hoc nihil a Vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissidet Vulgata editio ab universis Græcorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum adnotationibus, facile cuivis perspicuum erit. Præterea ne quis protinus Vulgatam, hæc in parte damnet editionem, quod ea quæ Græce per tempus

A præsens aut præteritum efferuntur, habeat in futurum versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur: animadvertendum est, evangelistas et apostolos, cum genere Hebræi essent, hac in re sicut et in alijs multis, Hebraicum secutos idioma, quo illi frequentissime pro præsentis, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt præteritum: utque in universum dicam, tempus unum pro alio Hebræi sæpenuero collocant: quod etiam evangelistæ non raro fecerunt, nec solus Matthæus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed et cæteri, qui Græce scripserunt. Quædam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste præsens, interdum etiam præteritum pro futuro locatum est: quorum et nos quædam exigente sententia, per futurum vertimus: alibi quoque id ex litteræ contextu aut ex ipsis Commentariis planum erit: interdum vero ob auctoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebræorum phrasim, quam non raro æmulantur evangelistæ, qua pro epitheto sive nomine adjectivo, addunt genitivum substantivum, dicentes: *Deus pacis, misericordiæ, justitiæ, altionis*, hoc est, pacificus, misericors, justus, ulciscens: *lex mortis*, id est mortifera; *fili inobedientiæ*, inobedientes; *judeus iniquitatis*, iniquus, *mammona iniquitatis*, iniquum; *vox clamantis*, clamans; *fortassis et merces iniquitatis*, iniqua. Sic Judas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerumque immutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ litteram per genitivum interpretantur: interdum quoque non libuit, quod apud omnes jam olim alia recepta esset sententia.

Ad hæc solent Hebræi hanc dictionem *verbum* aut *sermo* pro re vel facto ponere: quod in Veteri quidem Testamento frequentissimum est, ut cum dicitur (*Isa. 39*): *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, ubi tamen paulo inferius subsequitur: *Non fuit res quam ostenderet eis in thesauris meis*. Et alibi (*II Reg. 1*) cum ait David puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat. *Quod est verbum quod factum est? indica mihi*; et innumeris alijs in locis. Idem in Novo quoque Testamento passim (*Marci 1, Luc 1, II, IV*) usu venit, ut cum leprosus curatus disseminasse dicitur *Sermonem*. Et frequentissime apud Lucam; *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum quod factum est. — Quod est hoc verbum, quod cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus?* Et alibi frequenter. Quam tamen Hebræorum phrasim auctor noster plerumque non videtur animadvertisse, sicut nec præcedentem: quod Hebraice non calleret, sed tantum Græce. Atque ob id quoque citans quippiam ex Veteri Testamento, semper juxta Septuaginta profert Interpretes. Cæterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod mecum sit edere, sive illud approbandum sit, sive reprobandum: ne quis tamen hunc auctorem minoris faciat, quod uno aut altero in loco a communi La-

unorum theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Græci : nempe de die mensis quo Christus mysticam celebraverit Cœnam, et de bonorum ac malorum retributione operum : utrum statim a cuiusque morte fiat, an ad diem usque postremi iudicii differatur, quemadmodum olim senserunt Græci. De Spiritu sancto quoque quod a solo Patre procedat, etsi id nusquam dicat auctor noster, idem tamen cum cæteris Græcis sensit videtur, cum semel atque iterum dicat illum a Patre procedere, nulla Filii facta mentione. Et quanquam prædictis in locis, marginali adnotatiuncula te præmunierimus, candide lector : ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod auctor noster multis procul dubio annis tempora concilii Florentini præcesserit : in quo Eugenius Pontifex IV, consentiente imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus patriarcharum, cæterisque Ecclesiam Orientalem repræsentantibus, anno Domini Incarnationis 1439, pridie Nonas Julii, sui pontificatus anno nono, litteras sanctæ dedit unionis, quibus prædicti omnes sua nomina subscripserunt, hæc inter cætera continentes.

Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta ecumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, et inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium : aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis. Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferrent, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex Patre procedat ex Filio : Latini vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, Filii scilicet et Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt : et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt ; in nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur : quod Spiritus sanctus ex Patre a Filio æternaliter est, et essentiam suam

A que esse subsistens habet ex Patre simul et Filio : et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, veritatis declarandæ gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam. Et infra de operum retributione subjungit : Illorumque animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, in pœnis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, pœnis tamen disparibus puniendas. Porro de prima illa diversitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Græcos et Latinos contentio, dicentibus Græcis ipsum decimateria luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, ut veritas responderet figuræ : et propter illud Joannis (Joan. xviii 29) : Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha. Ac illud (Joan. xix, 14) : Erat autem Parasceve paschæ ; et : Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Jesum. Siquidem illa Parasceve nihil aliud erat, quam dies præparationis, quo se præparabant Judæi ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decimaquarta luna agnum quidem edisse paschalem, sicut et cæteros Judæos : quia ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ad mortem usque semper servavit legem : passum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres evangelistas (Matth. xvi ; Marc. xiv ; Luc. xii) qui astruunt fuisse primum diem azymorum, quo Christus postremam cœnam cum discipulis celebravit. Et hi autem et illi repugnantem Scripturam oborto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operæ pretium facturus videor, si in tui gratiam, benevole lector, hoc loco dilucide adnotavero, quæ varia lectione magnisque sudoribus hæc de re in compendium redegei. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebræos incipit ab occasu solis, et desinit in ejusdem occasu diei sequentis, juxta illud, (Gen. 1) : Factum est vespere et mane dies unus. Mensis vero a

conjunctio media lunarium ; et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis unius horæ cum tribus minutis, quæ supputatio Invariabiliter conformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum medium cursum lunæ. Annus autem exordium sumit a Neomenia sive solis a lunæ coitione proxima æquinotio vernali, secundum medium cursum solis et lunæ (*Levit. xxiii ; Num. xxviii et xxix*). Præterea omnia festa Hebræorum, quæ a Mosaica lege habentur, præter Sabbatum, suam numerationem ac variationem per diversos hebdomadæ dies, sumunt a primo die prædictæ Neomeniæ, a quo juxta decem omnia sua festa numerant Hebræi : puta decimo quinto die ejusdem primi mensis festum erat azymorum, et pridie ejus diei, id est decima quarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis. A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitivorum sive Pentecostes. Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies ; sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia proxima æquinotio autumnali. Decimo inde die festum Expiationis celeberrimum. Decimo quinto ejusdem mensis die, festum Scenopagiæ sive Tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octavo, id est post septem ejusdem festi dies, occurrebat ultimum eorum festum, nempe cœtus vel collectæ sive retentionis : quod solum designabat fidelium in sancta Ecclesia congregationem ac retentionem sive perseverantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac cæremonias. Deinde animadvertendum est quod quando juxta vernale æquinotium, conjunctio lunarium secundum medium cursum occurrebat post decimam octavam diei horam, quia jam peractæ erant plus quam tres quartæ partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo servabatur quoque die sequenti, et ab hoc numerabatur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadæ die servanda, rejiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset servata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum : quodsi sexto die servaretur dicta prima Neomenia sive primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus Dominicum, occurrisset ab eis celebrandum : quorum utrumque admodum grave censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbato, nullo modo liceret parare cibum, aut sepelire mortuos : corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium servari diem, præsertim in calidis regionibus. Quodsi sexto die servaretur prædicta Neomenia sive primum novilunium, tunc septimus dies festi Scenopagiæ sive Tabernaculorum occurrisset die Sabbati. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant,

quæ die Sabbati facere non licuisset, septies circum-eundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captæ Jericho primæ civitatis, quam in terra promissionis filii Israel hujusmodi septenaria circuitio ceperant, in hoc præterea die lectio quoque illa Psalmistæ (*Psal. cxvii*), publice decantabatur : *Obsecro, Domine, salva, quæso : obsecro, Domine, prospere age : benedictus qui venit in nomine Domini*. Nam et hanc constitutionem scimus quoque in usu fuisse Israelitis, cum adhuc in captivitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant citrea poma, abscondebant ros-marinum, et faciebant sibi הוֹסָנָה hosana : legebantque in libris suis et orabant, lætabantur et hilares erant in הוֹסָנָה hosana, saltabant et exsultabant sicut hædi. Unde videre licet ut hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebræum הוֹסָנָה hosana vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos usurpasse ipsum more Chaldaico, et deinde abusos fuisse pro solemnitate Palmarum, in qua cum ramis cæremoniæ fiebant. Et ita nato postmodum Christo, cum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Hierosolyma deducere, ignorantibus compleverunt prophetiam Davidicam, occasione sumpta ex surculis ab olivis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare consueverant in solemnitate Ramorum. His itaque præmissis animadvertendum est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, sive conjunctio lunarium proxima æquinotio vernali secundum medium cursum solis et lunæ juxta veram et exactam supputationem peritiasimorum Hebræorum, die quinto hebdomadæ post decimam nonam diei horam, cum aliquot minutis : et ita juxta prædicta erat sequenti die servanda. Sed quia, sexto die, ut dictum est, nunquam servabatur, idcirco Judæi eo anno servabant primum illud novilunium die Sabbati : et ita decimus quintus dies ejusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, juxta Judæorum observantiam etiam erat dies Sabbati : ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Joannes (*Joan. xix*) : *quod erat magnus dies ille Sabbati*, ut etiam ad ea verba habet auctor noster. Christus vero servavit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die : cum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter ut dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbatum cum Judæis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Judæi, ut prædictum est ; Christus autem noverat, quod per suam Passionem quæ instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et cætera legis cæremonialia. Propter hoc itaque, et etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit ; quarta decima vero

hinc juxta veterem Hebræorum numerationem etiam A rent Exod. xii), et non fermentatum panem et tamen legitima, in cujus vespera Judæi typicum agnum erant immolaturi, ipse verus Agnus fuit immolatus : et ita veritas respondit figuræ. Horum autem causam, ut verisimile est, solum indicaverat patrifamilias in cujus ædibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum (*Luc. xii*) Petrus et Joannes et jussu Christi necessariis paraverant, nempe lactucas agrestes et baculos : nam agnus ipse decimo die mensis parabatur : panes quoque azymi, ut verisimile est (*Exod. xii*) aliquot ante diebus, juxta familiarum magnitudinem parati erant ; itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram iudice potuit accusari.

Quia et Tertullianus Latinus auctor proximus apostolorum temporibus, de die Passionis Christi ita loquitur in *Apologetico adversus Judæos*. « Quæ Passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Cæsare, cons. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kalendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, juxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio divina id actam est Providentia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurrebat, ut diversis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illic Christus ad finem usque vitæ legem servaret, ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, juxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus et Lucas, cum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam cum hi tres evangelistæ magnam facerent hujus cœnæ mentionem, et consecrationis Eucharistiæ, ostenderant Christum etiam in hoc legem observasse, nempe juxta veram ipsius supplicationem, ut prædiximus (*Joan. xiii*). Joannes vero qui de cœna, tanquam ab aliis latius tractata, unico verbo absolvit dicendo : *Cœna facta*, aliam juxta veterem Judæorum observantiam decimam quartam lunam consideravit ; ad excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis evangelistis, nempe quod veritas non responderet figuræ in veri agni immolatione. Et ideo dicit (*Joan. xix, 14*) quod die quo mortuus est Christus erat parasceve Paschæ, et quod non introierunt in prætorium ne contaminarentur, sed ut ederent pascha : ubi dictio *Pascha* nequaquam pro azymis capi potest, ut quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in Scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicatur requiri ; neque verisimile sit esse necesse, ut mundi sint, cum pœna mortis intentata, septem integris diebus naturalibus præciperetur eis ut azyma ede-

rent (*Exod. xii*), et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam levissimas ob causas contrahebant.

Quod autem alunt nonnulli, Judæos præcedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimo quarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimo quarto ad vesperam, ut habetur Numeri x. Itaque die Passionis Christi cum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, juxta veterem Judæorum observantiam, hæbat eis usque ad solis occasum judicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepellire, aromata præparare, aliaque plurima agere, quæ Judæi nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam et ita festum Paschæ et Azymorum eo die celebrassent, cum facta sua per legem Mosaicam justificare niterentur, dicentes : *Nos legem habemus*, etc., et maxime Joseph ab Arimathea vir bonus ac justus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Jesum, ait Joannes decimo capite. Circa quæ verba habet Augustinus : « Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, cum jam aliquid tale non liceret propter parasceven quam cœnam puram Judæi Latine usitatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut piæ illæ mulieres adhuc cognoverant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum Pascha juxta legis Mosaicæ tenorem celebravit, Judæi autem die sequenti juxta Patrum traditiones ; quippe qui legale præceptum de Paschæ observatione hac sua traditione corruerunt, quam refert historiographus eorum Sedar Olam : cujus traditionis, relictis compendii gratia Hebraicis hæc sunt verba : Sic statuerunt magistri nostri iudices Sanhedrin magni nominis in sæculo. In domo sanctuarii secunda cum exstructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat Rex mundi sublimis valde stans inter porticum : et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinaruntque statutum perpetuum : et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus major erat : et is ordinavit diem sortium non observari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die : neque Pascha secundo, quarto sexto : neque diem Retentionis tertio, quinto, septimo : neque principium anni secundo, quarto sexto : neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in æternum. Hæc, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthæum, cap. 26, et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschæ.

Nihil ergo eorum quæ noster habet auctor tibi non curaveris antidotis. Lege itaque secure, quæ cumento esse poterit, pie lector, si his te præmu- non sine maximo fructu leges.

## EJUSDEM.

*Loca quædam in quibus nostrum exemplar alio modo habet quam ea quæ vulgo circumferuntur Græca exemplaria.*

*Ex Matthæo.*

Matth. 2, 11 (a). Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim εἶδον non εἶρον invenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutense.

3, 11. Ipse autem baptizabit vos in Spiritu sancto. Non addit καὶ πνεύματι, et igni. Concordat etiam Complutensis editio.

6, 18. Ne videaris hominibus jejunare, etc. Post verba illa : Reddet tibi, non additur, ἐν τῷ φαγεῖν, in propatulo. Habet conformiter et exemplar Complutense, et Vulgata editio. Quanquam et in nostro et in Complutensi exemplari antea sit additum enim de eleemosyna fieret sermo.

7, 12. (Ita) enim est lex et prophetæ. Siquidem habet οὕτως, ita vel sic, non οὕτως, hic. Pati modo legit Complut. exemplar.

7, 14. (Quam) angusta est porta et stricta via quæ ducit ad vitam. Habet enim τὴν, non ὅτι, quod vel quoniam. Pari modo legunt et Complutense exemplar et editio vulgata.

8, 11. Multi ab oriente et occidente venient et accumbent (in sinibus) Abraham. Habet enim ἐν τοῖς κόλποις, in sinibus, non μετὰ cum. Nobiscum legisse (h) Chrysostomus manifestum est ex homilia ipsius 27, super Matthæum.

8, 15. Surrexit et ministrabat (ei) Nam habet αὐτῷ singulariter, non αὐτοῖς eis. Nobiscum facit Complutense exemplar, et Vulgata editio in quibusdam veteribus exemplaribus.

10, 1. Accersitis 12 discipulis suis, dedit eis potestatem (adversus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Complutensi exemplari exprimitur præposito κατὰ adversus. Et ita quoque legisse videtur qui vulgarem dedit editionem : ait enim : Dedit eis potestatem spirituum immundorum, Addidimus tamen, exigente id sententia.

10, 3. Jacobus Alphæi filius et (Lebæus) Nam habet ubique λεβαιο; simpliciter β. Et ita semper habet vulgata editio.

11, 16. Similis est pueris sedentibus (in) (foro) Habet enim ἀγορᾷ singulariter, non ἀγοραῖς foris.

(a) Loca quatuor evangelistarum ab Hentenio minus definite notata in usum lectorem accuratius indicavi.

(b) Chrysost. t. VII, p. 209, C. εἰς τοὺς κόλπους. Idem ibid. p. 315 μετὰ. Et p. 361, D. εἰς τοὺς κόλπους. Per incogitantiam hæc finxit Chrysostomus ex Luc. 16, 23, r' ex primo Chrysostomi loco intelligitur.

Nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio. Similiter infra (v. 31.) in dictione Bethsaida, non Bethsaidan.

12, 8. Dominus est Sabbati Filius hominis. Non enim additur καὶ et. Sic et Complutense exemplar.

13, 32. Majus est (omnibus) oleribus, sive maximum inter omnia olera. Additur enim πάντων omnium. Et ita habet et Vulgata editio et exemplar Complutense.

14, 34. (Genezaret) semper habet in fine τ tenue, et duplex vv. Chananaea vero capite sequenti, (v. 22.) et alias sæpius, semper habet in initio χ asperatum. Facit in utroque nobiscum exemplar Complutense.

16, 20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset Christus. Non additur nomen Ἰησοῦς. Et ita liquet Origenem (c) legisse in suis homiliis.

C 18, 8. Abscinde (ea). Habet enim αὐτὰ pluraliter, non αὐτὸν singulariter. Concordat etiam exemplar Complut.

18, 19. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis, etc. Nam additur ἀμὴν etiam in Complut. exemplari.

18, 29. Procidens ergo (servus) ad pedes ejus. Habet enim (d) δούλος, non σύνδουλος αὐτοῦ conservus ejus, quanquam vere conservus erat. Et infra, eodem versu, Et solvam tibi : non additur πάντα omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exemplar Complut.

21, 1. Et similiter Luc. 19, 29. Bethsphage, scribitur (e) interposito σ. Concordat ubique exemplar. Complut.

D 21, 7. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter ἐκάθισεν sedit, et αὐτῶν pluraliter. Eodem modo exemplar Complut. quoad sensum, licet verbum habeat compositum ἐπεκάθισεν (f), non autem ut alia exemplaria ἐπεκάθισαν ἐπάνω (g) αὐτῆς collocarunt super illam, puta asinam.

(c) Tom. III, p. 532. A.

(d) Σύνδουλος habet uterque meus Euthymii.

(e) Scribis scilicet Græcis notum erat σφαγή.

(f) ἐπεκάθισεν uterque mens.

(g) Αὐτῆς Erasmus importavit contra codices. Secunda tamen ejus editio recte habet ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

21, 11. Et accesserunt ad eum claudi et cæci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutense : non ut alia exemplaria diverso ordine, cæci et claudi.

22, 4. Ecce prandium meum (paratum est) Siquidem habet ἤτοιμασται tertia persona passiva non ἤτοιμασα παρὰνι.

22, 35. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum. Non enim additur τις (h) quispiam, ante Tentans. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

23, 7. Et vocari ab hominibus (Rabbi Rabbi) geminata (i) dictione. Nec est ραββί per diphthongum sed ραββί. Facit per omnia nobiscum editio Complutensis.

25, 13. 14. Væ vobis Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia devoratis domos viduarum. Et post hanc deplorationem, sequitur illa, qua dicit : Væ vobis Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Complutense.

24, 45. Quisnam est fidelis servus et prudens, quem præfecit Dominus (suus). Additur enim αὐτοῦ (k). Similiter infra (v. 49) : Et cæperit percussere conservos (suos). Siquidem hoc etiam in loco addebatur αὐτοῦ. Faciunt nobiscum in priori quidem exemplar Complutense ; in posteriori vero, editio Vulgata.

25, 2. Quinque autem ex eis erant prudentes et quinque fatuæ. Hoc ordine qui naturalior est, et juxta præcepta rhetorices, habet etiam editio Complutensis. Et similiter infra (v. 4) ; Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus (suis.) Addit etiam nobiscum prædicta editio αὐτῶν suis.

26, 18. Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei : Tempus meum prope est. Non habet ὁ διδάσκαλος λέγει, Magister dicit ; neque ullam facit ejus mentionem in Commentariis. Habet tamen illud in Marco et Luca, sicut et cætera exemplaria Et quia hoc etiam loco id habet editio Complutensis ; vereor ne id (l) librarii vitio sit. omissum.

26, 40. Et ait Petro : Sic ? Non potuistis una hora

(h) Erasmus scilicet post νομικός habet τις.

(i) Erasmus enim in gratiam Latinæ Vulgatæ semel omisit ραββί, ραββί, per ei, in plerisque locis apud Theophylactum etiam legitur.

(k) Erasmus nimirum omittit αὐτοῦ in editione secunda et tertia quæ nunc ad manus erant solæ. Omissum ab Erasmo αὐτοῦ et Millii et Wetstenii laudat diligentiam.

(l) Recte judicat Hentenius. Habet enim uterque meus.

(m) Forte hypostigmen. Græce est ὑποστιγμήν.

(n) Utrouque loco uterque meus omittunt ista verba Euthymio videtur hoc loco imposuisse Chrysost. t. VII, p. 826 e, qui hæc silentio prætermittit ac Lucam pro Matthæo explicat. Habent hæc codices meliores omnes atque etiam Origines, t. IV, p. 298 E.

(o) Latinorum alii ὄν nunc, alii ὄν ergo intule-

vigilare mecum ? Et hæc distinctio magis quadrat : alioqui enim nihil est quod soli Petro locutus sit. Exemplar etiam Complutense addit (m) hypostigma post dictionem οὕτως sic.

27, 42. Descendat nunc de cruce et credemus (in eum). Neque enim simpliciter habet αὐτῷ ei, sed ἐπ' αὐτῷ. Pari modo legit et exemplar Complutense.

27, 54. Centurio autem et qui cum eo erant servantes Jesum, cum vidissent quæ fiebant, etc. Nihil hic dicitur de terræ motu : neque enim addebatur τὸν σεισμόν καὶ, terræmotum, et. Nec tamen (n) id librarii vitio omissum videtur : nam Joannis, cap. VIII, v. 28, super eo verbo : Cum exaltaveritis Filium hominis, etc. Hæc verba in eundem citat modum.

28, 19. Euntes, docete omnes gentes. Non additur (o) ὄν ergo, post dictionem euntes. Pari quoque modo legit exemplar Complutense.

#### Ex Marco.

4, 16. Vidit Simonem et Andream fratrem ipsius (Simonis.) Additur namque τοῦ Σίμωνος, etiam in exemplari Complutensi.

4, 35. Abiit in desertum locum. In nostro exemplari non exprimebatur nomen Ἡεροῦς. Facit autem nobiscum hoc in loco vulgata editio.

3, 34. Cumque circumspexisset in circuitu circum sedentes. Non addit (p) μαθητάς discipulos, et ita generalius loquitur. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

4, 21. Num lucerna (venit) ut subter modium ponatur ? Nam habet ξερεται, non (q) κατεται accenditur. Et hic quoque nobiscum faciunt et exemplar Complutense et Vulgata editio.

5, 11. Erat autem ibi juxta (montem) grex magnus porcorum. Siquidem habet πρὸς τῷ ὄρει, non pluraliter τὰ ὄρη montes. Similiter et hic pari modo legunt duæ prædictæ editiones.

6, 18. Non licet tibi habere uxorem (Philippi) fratris tui ; additur enim Φιλίππου.

6, 32. Et (egressi sunt) navigio in desertum locum. Siquidem habet pluraliter ἀπὸ πλοῦν, non ἀπὸ πλοῦν, abiit. Hic etiam concordant exemplar

runt. Utrumque recte omittunt Tertullianus, Irenæus, Cyprianus, ut notat Sabatierius ad hunc locum. Ex codicibus omnibus, quos ego examinavi, habet solus Mosquensis e. vocabulum ὄν, qui est cum commentario et catena. Interpret ergo aliquis hic denuo incipiebat interpretationem. Ergo vincendæ orationis causa addebat ὄν. Pro eo alii legerunt ὄν.

(p) Erasmus nempe in editione secunda etc, post περι αὐτόν habet μαθητάς.

(q) Scilicet in nonnullis codicibus Latinis legitur accenditur, pro venit. Hic fraus interpolatorum elucet. Nam alii id reddiderunt κατεται, alii, in his Codex Cantabrigiensis, omnium infimus, ἀπτεται Andæter nunc ita de cod. Cantabr. seu Wetstenii D. loqui possum. Mox enim in lucem istud monstrum protrahetur.

Complutense et Vulgata editio, quod etiam magis A  
quadrat cum precedentibus et sequentibus.

6, 37. Egressi (ememus) ducentis denariis panes. Siquidem ἀγοράσωμεν habet indicandi modo, et non ἀγοράσωμεν *επισπυς*, per subiectivum.

6, 41. Erant autem qui manducaverant (ipsos panes) Additur enim τούς ἀρτους. Facit nobiscum exemplar Complutense.

7, 26. Erat autem mulier Græca (Syræ Phœnicissa) genere; non Græca Syrophœnicissa per compositionem. Pari modo legit et Complutense exemplar.

9, 6. Non enim sciebat (quid dicturus esset). Habet enim λαλήσει, per indicativum, et non λαλήση, per subiectivum. Facit nobiscum Complut. editio; nec eandem est utrobique sententia, ut patet ex huius dicti interpretatione Matth. xvii, 4.

10, 43. Sed quicumque voluerit fieri magnus inter vos. Non enim additur ὑμῶν post *quicumque*. Faciunt nobiscum exemplar Complut. et Vul. editio. Id autem non rectum est, quod neque in fine dictorum verborum habet Vulgata editio: Intervos, aut, In vobis.

11, 32. At (dicamus) Ab hominibus: ut subaudiatur, non. Neque enim additur ἐάν σί, ut possit legi: At si dixerimus. Neque adeo commode potest aptari sequentibus. Facit nobiscum exemplar Complut.

12, 29. Audi Israel Dominus Deus (vester) Dominus unus est. Siquidem non habet ἡμῶν *noster*, sed ὑμῶν *vester*. Et infra vers. 30, non habet, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. Et ex tota virtute tua, quod tamen librarii (r) vitio factum arbitror, ut in illo loco adnotavimus. Item infra. v. 31. Et secundum simile est (illi). Nam habet αὐτῆ, non αὐτῆ hoc; ut legi possit: Et secundum simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui Vulgatam dedit editionem.

12, 36. Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum: (Dicit) Dominus Domino meo, non (s) εἶπεν *dixit*. Et in scholiis facit etiam huius mentionem: et ita habet exemplar Complut.

14, 32. Sedete hic dum orabo. Non enim habet ἀπαθῶν *digressus*, ante *Orabo*. Concordant nobiscum et Complutense exemplar et Vulgata editio.

15, 28. Loco ejus, quod alii legunt: Et impleta est Scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus

(r) Recte monuit. Servat enim ista uterque meus.

(s) Nimirum pro secundo huius versus εἶπεν habet λέγει.

(t) Abest in utroque meo. Ad Matth. xvii, 58, laudat quidem Euthymius hæc, sed ex Isaia. Eo tamen in interpretatione Marci lectores remittit. Ex Lectionariis hanc corruptionem ortam esse docui quæ hæc in altera lectione omittunt, cum tamen in altera habeant.

(v) Hunc defectum apud solum Euthymium ani-

est nihil habet. Nec librarii (t) incuria omissum arbitror; alioqui citasset utique in scholiis ubi in Scriptura dicit, quemadmodum in similibus facere solet. Nescio an a studioso quopiam prophetam citante id primum margini sit additum, deinde tempore procedente, litteræ sit admistum.

15, 29. (Vah) qui destruis templum Dei. Habet namque οὐδ᾽, non οὐαί, *væ*. Faciunt nobiscum Complutense exemplar, Vulgataque editio.

16, 11. Loco ejus, quod in aliis Latinis editionibus ex Græcis dicitur: Et illi audito quod viveret est visus esset ab ea, non crediderunt: nihil habet (v) nostrum exemplar. Nec mirum, si hoc quispiam addiderit, cum totum hoc de Resurrectione caput adjectivum esse plerique Græcorum asserant, ut habet noster auctor: idemque inter Latinos divus Hieronymus in Epistolis refert plerisque dicere. Et præterea secundo adversus Pelagianos hoc ait de exprobrata incredulitate cordisque duritie.

#### Ex Luca.

2, 33. Et erant Joseph et mater ejus admirantes, etc. Non habet enim ὁ πατήρ, sed ὁ Ἰωσήφ. Facit nobiscum Complut. exemplar, imo et Vulgata editio, saltem in veteribus quibusdam exemplaribus. Similiter infra, vers. 43: Et non cognovit Joseph, et mater ejus, assentiente etiam hic Complutensi exemplari cum alii habeant: Καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, Et non cognoverunt parentes ejus.

3, 33. Et ipse Jesus erat ferme annorum triginta incedens, Non incipiens. Habet namque ἀρχόμενος (x) non ἀρχόμενος, quod etiam manifestum est ex auctoris scholiis.

Ibid. Qui fuit Eli. Notandum in nostro exemplari ἦλει, lenem habere spiritum. Præterea et ἦλιος, quotiescunque apud evangelistas legitur. Idque conformius est liguæ Hebraicæ in qua Elias ab Aleph littera sumit exordium; hoc autem elementum, ut communiter dicitur, nullam secum trahit aspirationem. Quanquam ut verum fatear, neque Elias, sed Eliahu scribendum esset, si recte Hebræos velimus imitari: sicut et Jesaiahu aut Iesaeiahu non Esaias aut Hesaias sive Isaias.

3, 24. Qui fuit (Matthan) non Mathat, ut ex communibus habetur Græcis exemplaribus: In plerisque etiam huius genealogiæ nominibus, et similiter ejus, quam describit Matthæus, variatur apud auctorem nostrum orthographia a lectione commu-

madverti. Neque Birchius, novissimus editor, hunc defectum ex codice notavit. Alter etiam, vir diligentissimus, nullum hic ex codd. Vindobonensibus defectum notavit. Imo contra ex codd. indicavit ἠπίστησαν pro vitiosa unius codicis lectione ἠπίστησαν. Aliquid humani passus est aut ipse Euthymius, aut scribæ ejus.

(x) Hoc est vitium manifestum scribæ. Neuter meorum ita habet. Interpretatio illius loci est etiam pro ἀρχόμενος. Nam ἐρχομαι non construitur cum genitivo.

nium Græcorum esemplarium, frequenter quoque et a Germana Hebræorum lectione. Quapropter primum erat animus horum orthographiam nominum ad verum Hebræorum fontem reducere: postmodum vero rem propius inspectanti, et quod hæc non ab Hebræis, sed a Græcis traducerem perpendenti, satius visum est non adeo multa in littera Evangelii immutare, ne quid interdum hæeret lector, incertus de quo fieret sermo. Nec tamen Hebraicam horum nominum orthographiam penitus relinquere volui, ne quid a me studiosus lector desideraret, sed in hunc locum redegei. Breviter itaque utriusque Evangelistæ generationis seriem recta orthographia retexam. Liber, inquit Matthæus, generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham: Abraham genuit Ishaac, Ishaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Jehudam et fratres ejus, Jehudas autem genuit Pharez et Zarah de Thamar, Pharez autem genuit Hesron, Hesron autem genuit Amminadab, Amminadab autem genuit Nahason, Nahason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Boaz de Rahab, Boaz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Iisai, Iisai autem genuit David regem, David autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Uriæ, Solomon autem genuit Rechabeam, Rechabeam autem genuit Abiam, Abiam autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Jehoram, Jehoram autem genuit Osiam, Osias autem genuit Jotham, Jotham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Hizkiahu, Hizkiahu autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiahu, Josiahu autem genuit Jekoniam, et fratres ejus in transmigracione Babylonica. Et post transmigracionem Babylonicam Jechonias genuit Sealtiel, Sealtiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abihud, Abihud autem genuit Eliakim, Eliakim autem genuit Azor, Azor autem genuit Zadoc, Zadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Lucas vero: Ipse, inquit, Jesus erat sermo annorum triginta incedens, ut putabatur filius Joseph qui fuit Eli, qui fuit Matthan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph, qui fuit Mattheiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Ezel, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahat, qui fuit Mattheiæ, qui fuit Semel, qui fuit Joseph, qui fuit Jehuda, qui fuit Johannan, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Sealtiel, qui fuit Neri, qui

fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, qui fuit Jose, qui fuit Eliezer, qui fuit Joram, qui fuit Matatha, qui fuit Levi, qui fuit Simcon, qui fuit Jehuda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliacim, qui fuit Milcha, qui fuit Mainan, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iisai, qui fuit Obed, qui fuit Boaz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahason, qui fuit Amminadab, qui fuit Harain, qui fuit Hesron, qui fuit Pharez, qui fuit Jehudæ, qui fuit Jacob, qui fuit Ishaac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragu, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noah, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enocu, qui fuit Jared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui qui fuit Adam, qui fuit Dei.

5, 19. Cumque non invenissent, qua illum inferrent. Non exprimitur præpositio διὰ per. Facit nobiscum Complut. editio.

5, 27. Vidit publicanum nomine (Levin) Habet enim λευί. Et statim infra v. 29: Et fecit ei convivium magnum (Levis) λευίς, non per diphthongum in posteriori sillaba(y) λευίην et λευίς. Facit nobiscum etiam exemplar Complutense. Possunt autem hi casus in Latinam quoque linguam transformari, quemadmodum a nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis ac similibus.

5, 30. Et murmurabant scribæ (qui inter eos erant) Additur namque αὐτῶν. Sic et exemplar Complutense.

6, 18. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Non enim repetit conjunctionem καί et, ante verbum *curabantur*. Facit nobiscum Vulgata editio.

6, 20. Et ipse elevatis oculis suis in discipulos (suos). Nam repetitur αὐτοῦ suos. Faciunt nobiscum et Complutensis et Vulgata editio: quanquam hæc ad dictionem *Oculis*, non adjungit reciprocum *suis*, idque male.

6, 25. Ecce enim merces vestra multa est in (cælo) non ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in *cælis* pluraliter. Facit nobiscum Complutense exemplar.

6, 26. Væ cum laudaverint vos homines. Non enim additur ὑμῖν *vobis*, post interjectionem *væ*. Et in hoc facit nobiscum præter exemplar Complut. etiam Vulgata editio. In eo autem quod non addit auctor noster πάντες (2) *omnes*, ante *homines*, facit nobiscum Complut. editio, et melius correspondet contrariæ beatitudini.

(y) Erasmus et edidit, ut supra ῥαββεί.

(z) Chrysost. t. VII, p. 192, A. vehementer urget τὸ πάντες. Ὁ δὲ Λουκᾶς, enim inquit, καὶ ἐπιτεταμένως καὶ μετὰ κλεινοῦς αὐτὸν παραμυθίας τούτα εἰρηκίνας φησίν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κακῶς διὰ τὴν Θεὸν ἀκούοντας μακαρίζει· ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ πάντων καλῶς ἀκούοντας ταλανίζει· οὗτοι γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἔσαν καλῶς ὑμᾶς εἰπωσι· πάντες οἱ ἄνθρωποι. Καίτοι καὶ τοὺς ἀποστόλους καλῶς ἔλεγον· ἀλλ'

οὐ πάντες· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ἔσαν καλῶς ὑμᾶς εἰπωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἔσαν πάντες. Οὐδὲ γὰρ δυνατόν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς· Et t. VIII, 483, A. Οὐαὶ ὑμῖν, ἔσαν καλῶς· εἰπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Sed Chrysostomus multa homiletice magis quam critique dicit. Ὑμῖν omitti, πάντες, in textu servat Theophylact, p. 344 A. Sed hujus interpretatio vix videtur admittere πάντες. Vide ibi. C. Φρίξομεν, ἀδελφοί, πῶς τὸ οὐαὶ

6.37. (Et) nolite judicare. Siquidem præponitur *A* *xal et*, in exemplari quoque Complutensi.

6, 40. Perfectus autem erit sicut magister suus. non enim habet *πᾶς* (*a*) *omnis*, ante *erit*.

7, 7. Loco eorum quæ apud alios habentur (propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te) nihil habet auctor noster. Sed neque in Matthæo, evangelistarum dicta concilians, horum facit mentionem. Non videtur ergo librarii negligentia prætermissum. In hoc enim capite ad hæc contextus verba : « Non enim sum idoneus, » etc., loco scholiorum ponit verba quæ sequuntur : Hæc etiam dixit Matthæus : Et declarata sunt (*b*) prædicto capite. Quod si judicasset hoc loco interponendum : Propter quod et me ipsum, etc., nequam dixisset omnia a Matthæo esse dicta, et in eo declarata cum ibi nulla fiat horum mentio.

7, 28. Dico enim vocis : In his qui e mulieribus nati sunt, major, Joanne Baptista nemo est. Non addit *προφήτης*, nec tamen videtur negligentiam omissum, ob eandem causam, quam superiori adnotationiuncula retulimus.

8, 5. Et volucres cæli (etiam) comederunt illud. Additur enim (*c*) rursus *xal et*.

9, 43. Omnibus vero admirantibus supra his quæ faciebat (Jesus). Additur enim nomen *Ἰησοῦς*, etiam in exemplari Complut.

9, 55. Conversus autem, increpavit illos. Non enim additur nomen *Ἰησοῦς*, neque in exemplari Complut., neque in Vulgata editione. Deinde quod sequitur in omnibus versionibus, et in Græca etiam editione Complutensi puta : Et ait illis : Nescitis cuius spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad salvandum : quanquam nos addidimus : vereor (*d*) ne non sit librarii incuria omissum : maxime cum in scholiis nullam faciat horum mentionem.

9, 57. Sequar te quocunque jers (Domine). Additur enim *Κύριε*, etiam in Complutensi.

10, 22. (Et conversus ad discipulos dixit) : Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Siquidem (*e*) adduntur etiam in exemplari Complut. hæc verba ; *Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε* : Et conversus ad discipulos dixit.

*ἔγωγιw oi παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινούμενοι. Δεὶ μὲν γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον ἀπὸ Θεοῦ. Si πάντων, probasset, haud dubio scripsisset, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων. Ita certe Chrysostomus argumentatur. Hoc autem in confesso est, Enthymium et Th-ophyllactum, accedentibus probatoribus codicibus, semper valere contra Chrysostomum. Ex Chrysostomo ergo ὑμῖν et πάντες illatum scholiis et catenis, ac deinde etiam contextui.*

(a) *Πᾶς* habet uterque meus.

(b) Evolve infra in interpretatione Math. viii. 13, *xal ἰδοὺ*. Consistit hic locus cæterorum codicum auctoritate. Quid? quod nec Birchii Cod. Vat. 1209, in gratiam Latinorum hæc omittit?

(c) Neuter meorum agnoscit *xal*.

(d) Copiose de hoc loco disputavi in mea Novi Testamenti editione ad h. l. p. 225 seqq.

10, 23. Beati oculi qui vident quæ videtis. Neque enim in auctore nostro, neque in exemplari Complut. exprimitur *ὕμεις vos*. Video et hoc, et alia quædam hujusmodi minutula esse, et quæ fortassis alicui adnotatione indigna videbuntur; nolui tamen (*f*) prætermittere, ne quisquam negligentia aut temeritate relicta putet seu immutata

10, 39. Quæ etiam assidens ad pedes Jesu audivat (sermone) illius. Habet enim etiam exemplar Complutense τῶν λόγων pluraliter.

11, 53. Cœperunt (Scribæ) et Pharisæi graviter insistere. Non enim habet *νομικοὶ legis periti*, sed *γραμματεὶς Scribæ*. Et statim infra eodem versu. non habet *ἀποστομιζειν captiose interrogare* : neque cum aliis *ἐπιστομιζειν os obstruere*, sed *ἀποστοματιζειν*, hoc est, ab ore interrogare. Quid hoc autem sibi velit, vide in hujus loci enarratione.

12, 18. Et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Neque (*g*) enim additur *xal τὰ ἀγαθά μου*, Et bona mea.

13, 15. (Hypocritæ) unusquisque vestrum Sabbatho non solvit, etc. Habet enim pluraliter *ὑπερχριταί*. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

13, 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra : Non exprimitur *ἔρημος deserta*, quod ex enarratione patet librarii vitio factum non esse.

14, 15. Beatus qui (prandium) sumit in regno Dei. Neque enim habet *ἄρτον panem*, sed *ἄριστον prandium*. Concordat etiam exemplar Complutense.

14, 21. Et reversus servus (ille) renuntiavit, etc. Nam additur *ἐκείνος ille*, etiam in exemplari Complutensi.

15, 26. Et accersito uno de servis. Non additur *αὐτοῦ suis* (*h*), nec in exemplari Complutensi, nec in editione Vulgata.

17, 4. Et septies in die conversus fuerit dicens : Pœnitet me. Non habet *ἐπὶ σε ad te*. Concordat editio Complutensis.

17, 21. Neque dicent : Ecce hic, ecce illic. Non (*i*) habet *ἢ aut* : sicut etiam infra versu 23, ubi eadem repetuntur verba, in nullo habetur exemplari. Conformiter legit et Complutensis editio.

(e) De hoc etiam loco ibi dixi, pag. 240.

(f) Recte fecisti, Henteni. Nam vel ex tuis animalversionibus apparent hallucinationes Erasmi, hominis levis, negligentis, temerarii et perfidi. Pleaque enim, quæ memorasti, per illum ad Vulgatam Latinam sunt ficta. Quanta fide et diligentia in postremis editionibus suis Complutensem tractarit, nemo criticus ignorat. Quomodo ergo tractavit codices? Nam etsi nec Complutensis a criticis idoneis curata est, tamen habet multas probas lectiones ab Erasmo neglectas.

(g) Servat uterque meus.

(h) *αὐτοῦ* Erasmus intulit, pro quo tamen silent codices, a Birchio examinati omnes. Miror.

(i) Primo loco uterque meus omittit, secundo uterque servat.

17, 32. Memores estote uxoris Lot. Non habetur A 22, 30. Ut edatis ac bibatis super mensam meam. Non additur (s) ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. In regno meo. Neque in enarratione fit ulla hujus mentio.

Et similiter in fine capitis versu ultimo : Ibi congregabuntur aquilæ, non additur καὶ et, nec in editione Complutensi (k).

18, 5. Vidua autem erat in civitate illa. Non habet τὴς quædam, nec id habet Complut. editio, neque Chrysost. in priori de orando Deum homilia, ubi præsens citatur locus.

19, 4. Ascendit in (caprificum). In nostro et in Complutensi exemplari habetur tertia syllaba per ω : ne nobis Stunica (l) objiciat ob id prave versum esse caprificum, quod per o micron scribatur. At tamen Complut. habet penultimam per ἐψίλδον, cum eandem habeat nostrum exemplar per ai diphthongum (m) συκομωρῶσαν.

19, 15. Jussit vocari ad se servos illos. Non additur (n) οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον : Quibus dederat pecuniam. Quod tamen addidimus, sicut (o) quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et etiam in Complut. editione habetur : et tamen vereor, ne id librarii incuria factum non sit, maxime quod in Commentariis (p) nullam horum faciat mentionem.

20, 5. Si dixerimus, E cælo, dicit : Quare non credidistis illi ? Non additur οὖν ergo, nec id habet exemplar Complut.

20, 9. Homo plantavit vineam. Non additur (q) τὴς quidam. Et similiter infra versu 19. Et timuerunt. Non additur τὸν λαόν populum. Concordat C utrobique Complutensis editio.

20, 20. Ut caperent ejus (sermonem). Habet (r) namque λόγον patrio casu : non λόγῳ, ut dicatur, in vel ex sermone. Concordat etiam exemplar Complutense.

21, 16. Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis et fratribus. Hoc etiam ordine legit Complut. editio, ut fratres ultimo ponantur loco.

(k) Mirabuntur nonnulli, ab Hentenio non notatum esse defectum versus integri 36, quem prætermittunt codices mei Euthymii. Sed is Erasmi editionem comparavit, quæ ista appendice caret. Igitur etiam infra in interpretatione hujus loci hunc totum versum omisit Hentenius. Scilicet in Bibliotheca Patrum maxima Lugdunensi, t. XIX, p. 652, columna a, littera a. Bonus Beza, hac appendice nos locupletavit et ex eo editores textus recepti.

(l) Stunica nobilis fuit adversarius Erasmi et Fabri Stapulensis. Forte ergo hic reprehenderat Fabrum.

(m) Uterque meus συκομωρῶσαν. Atque ita habent etiam codices Mosquenses h. et v. qui sunt in orthographia accuratissimi.

(n) Mei cum reliquis codd. ista servant.

(o) Sine adnotatione in locis singulis id fieri non debebat. Hoc modo multis in locis corruptus est Chrysostomus a Savilio et reliquis editoribus, et alii scriptores plures ab aliis pluribus.

(p) Hoc argumentum non valet. Multa talia, quæ intellectum habent facilem, prætermittunt in scholiis.

(q) Alter meorum omittit, alter habet.

22, 35. Quando misi vos sine oculis et pera. Non additur Καὶ ὑποδημάτων et calceamentis : nec ulla fit hujus mentio in commentariis. Arguit (t) autem adjectitium esse, quod infra versu 36, cum dicitur : sed nunc qui habet oculos, tollat, similiter et peram, illud in nullo addatur exemplari.

22, 47. Et appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Additur statim consequenter, etiam in Complutensi exemplari : Τοῦτο γὰρ σημεῖον δεικνύκει αὐτοῖς, Ὅτι ἀνφιλήσω, αὐτὸς ἐστί. Hoc enim signum dederat illis : Quemcunque osculatus fuero, ipse est.

23, 2. Hunc invenimus pervertentem gentem (nostram) Nam (v) in nostro exemplari addebatur ἡμῶν, sicut et Vulgata habet editio.

In fine Evangelii (x) non additur ἀμήν, sicut nec in fine aliorum Evangelistarum in ullo habetur exemplari.

#### Ex Joanne.

1, 28. Hæc in (Bethania) facta sunt. Non (y) βηθαθαρά. Conformis est et Complutensis editio et Vulgata : quanquam auctor dicat in scholiis verius legi Bethabara.

1, 30. Non repetuntur hæc aut similia verba : Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὅπισθ μου ἐρχεται ἀνήρ, ὃς ἐμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Hic est de quo ego dicebam : Post me venturus est vir, qui ante me fuit, quia prior me erat. Eadem tamen propemodum verba paulo superius posita erant.

2, 22. Crediderunt sermoni (ejus) Nam habet αὐτοῦ ejus, non ὅτι εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, quem dixerat Jesus.

2, 24. Eo quod ipse nosset (omnia) Habet enim

(r) Mei λόγου. Erasmus se volutat inter λόγον et λόγῳ.

(s) Dixi de hoc loco copiose in mea N. Testamenti editione.

(t) Arguta est omissio. Primo, quod continuo nulla fit mentio calceamentorum. Sed intelligi poterat ex superioribus. Deinde, quod non credibile videbatur, sine calceamentis missos esse.

(v) ἡμῶν addunt mei. Proximum καὶ autem, ante πάλουσα, omittunt.

(x) Scilicet interpretes, Chrysostomus et cæteri, loco ἀμήν, quod textus est, post suas explicationes de suo in fine addunt ἀμήν, atque ita terminant interpretationem.

(y) In his et similibus Origenes antiquis criticis expectoravit mentem, ut recentioribus, per libellum *Hermeneutische Vorbereitung*, Semlerus, qui dudum antea se ab criticis ad triumviro A. A. F. F. transferre debuisset. Illud autem mihi de hoc loco mirabile visum est, quod nullus ex veteribus interpretibus Græcis infra, cap. x, vers. 40, hunc locum lectoribus in memoria revocat. Scilicet consilii erant sibi, se temere secutos esse Origenem, relicta auctoritate codicum. Ergo consultius putabant, abstinere se ab isto loco.

πάντα (z) non πάντας omnes. Consonat exemplar A ρεῖν αὐτοῦ, ut possent accusare eum, sed ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, ut haberent accusationem adversus eum. Præterea cum post pauca verba sequentia versu 9, dicitur : Initio facto a senioribus, additur ἕως τῶν ἰσχυρῶν usque ad postremos, Deinde versu 10, ubi additur : Cum autem crexisset se Jesus. Neque hic, neque in Vulgata editione additur consequenter, καὶ μηδένα θρασάμενος, πλὴν τῆς γυναίκος. Et neminem vidisset, præter mulierem; quod tamen et in Complutensi editione et in aliis Græcis habetur exemplaribus : sed loco ejus habet εἶδεν αὐτήν. Vidit eam. In exemplari ergo Complutensi plurima nobiscum faciunt contra alia exemplaria Græca; quædam vero cum et aliis et non nobiscum. Quin et illud exemplar quædam habet, quæ neque nos habemus, neque alia exemplaria Græca : ut cum dicitur vers. 6 : Scribebat in terram, addit editio Complutensis, μὴ προσωποῦμενος dissimulans. Et infra vers 9, ubi dicitur, At illi cum vidissent, addit illa. Καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, Et a conscientia redarguerentur. Multa quoque alia hinc inde variantur, quæ quia minutula sunt, nolimus recensere. Tanta itaque exemplariorum varietas, præter alia, satis arguit hanc historiam ascititiam esse, quemadmodum cum pluribus aliis asserit auctor noster.

5, 22. Et ibi morabatur cum discipulis, ac (baptizabant) Siquidem pluraliter habet (a) ἐβάπτιζον : quod ex scholiis manifestius apparet.

4, 31. Interea rogabant eum discipuli (ejus) dicentes : Rabbi, comede. Additur enim αὐτοῦ, etiam in exemplari Complutensi.

6, 52. Quomodo potest hic nobis dare carnem, ad comedendum? Nullum (b) Græcum exemplar, quod viderim, additam habet αὐτοῦ σασῶν, quamquam verterit Erasmus : Carnem illam suam.

6, 70. Respondit eis : Num ego vos duodecim elegi? Non additur Ἰησοῦς, neque in exemplari Complutensi.

παρὸν ἰθαύμασαν, διότι οὐδεὶς ποτε τοιοῦτον εἰργάσατο. Οὐτε γὰρ ἐξέτεινε ῥάβδον, ὡς Μωϋσῆς, οὔτε προσηνέχθη τοῖς ὕδασι, ὡς ἑτέροι, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν ἐπέταξεν, ὡς δεσπότης δούλοις, καὶ ὡς δημιουργὸς κτίσματος.

ΚΕΦ. ΙΒ'. Περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων.

Καὶ ἐλθόντι — δαιμονιζόμενοι. Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, ἐτι δὲ καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν, τῶν Γαδαρητῶν γράφουσιν. Ἀλλὰ τῇ Τιβεριᾷδι λίμνῃ ἢ πόλιν Γέργεσα παράκειται, καὶ οὐ τὰ Γάδαρα. Τινὲς δὲ φασιν, διώνυμον εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, καὶ καλεῖσθαι τοῦτο κάκεινο. Ἀλλὰ Ματθαῖος μὲν δύο δαιμονιζομένους φησί, Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς ἐνδὲς ἰμνημόνευσαν, τοῦ μᾶλλον ἐπισημοτέρου, τοῦ λεγομένου λεγαῖνος, περὶ οὗ φοβερά πολλά λεγούσιν, ὧ καὶ ὑπηρετεῖν ὁ ἕτερος ἰδοῦμαι. Καὶ οἱ μὲν διὰ τοῦτο παρήκων αὐτὸν, ὁ δὲ Ματθαῖος ἀνέγραψε καὶ τοῦτον, ὡς συνδαιμονιζόμενον.

† Οὐτε (79) Γαδαρητῶν, οὔτε Γερασηνῶν, τὰ ἀκριβῆ ἔχει τῶν ἀντιγράφων, ἀλλὰ Γεργεσηνῶν. Γάδαρα γὰρ πόλις ἐστὶ τῆς Ἰουδαίας· λίμνη δὲ κρημνοῖς παρακειμένη, ἢ θάλασσα, οὐδαμῶς ἐστὶν ἐν αὐτῇ. Καὶ Γέρασα δὲ τῆς Ἀραβίας ἐστὶ πόλις, οὔτε θάλασσαν, οὔτε λίμνην πλησίον αὐτῆς ἔχουσα. Καὶ οὐκ ἂν οὕτως προφανῶς ψεῦδος καὶ εὐδολογῶν οἱ εὐαγγελισταὶ εἰρήκασαν, ὅνδρας ἀκριβῶς γινώσκοντες τὰ περὶ τῆς Ἰουδαίας. Γέργεσα τοῖνον ἐστὶν, ἀφ' ἧς Γεργεσαῖοι, πόλις ἀρχαία περὶ τὴν νῦν καλουμένην Τιβεριᾷδος λίμνην, περὶ ἣν κρημνὸς παρακειμένος τῇ λίμνῃ, ἀφ' οὗ δείκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλησθαι. Ἐρμητεύεται δὲ ἡ Γέργεσα, *σκροικία ἐκβεβληκῶν*, ἐπώνυμος οὕσα τάχα προφητικῶς, οὗ περὶ τὸν Σωτῆρα πεποιήκασιν, παρακάλεσαντες αὐτὸν μεταβῆναι ἐκ τῶν ὄρων αὐτῶν οἱ τῶν χοίρων δεσπόται.

Ἐκ — ἐξερχόμενοι. Τοῖς τάφοις οἱ δαίμονες ἐμφυλοχωροῦσιν, ὀλέθριον ὄγμα τοῖς ἀνθρώποις ἐνθεῖναι θέλοντες, ὡς ἄρα τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαί, γινόμεναι δαίμονες, παραμένουσι τοῖς μνήμασι τῶν ἰδίων σωμάτων, καὶ κολλῶντοί τισιν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ποτε τείλωσι τὸν ὀρθόδοξον. Εἰ γὰρ

<sup>44</sup> Marc. v, 1. <sup>45</sup> Luc. viii, 26.

#### Variae lectiones et notæ.

(79) Hoc scholium in margine sui codicis reperit Heutenius. Edideram hoc ex codicibus Mosquensibus in Catena ad Marci cap. v, v. 1, vol. I, p. 82, edit. Meq. 1775, 8. Ex codicibus Vindobonensibus laudat Alter in edit. N. Te-t. t. I, pag. 489. Habet etiam Pussin in Caten. ad Marc. p. 100. Constatum autem est ex Origene, t. IV, pag. 140, 141, qui audacter, hoc est, patristice hunc locum corrupit. Callide hic expedit se Chrysostomus ex laqueis

(II) *Oscitantes* non est in Græco. Nescio, quid loco εὐδολογῶν, i. e. *facile refstandum*, legerit. *Μοι* : *Viri accuratam Judææ habentes notitiam.*

PATROL. GR. CXXIX.

tia, quia nullus unquam tale quidpiam operatus est. Neque enim virgam extendit, ut Moses; neque se aquis admovit, ut alii; sed cum auctoritate præcepit, ut dominus servis, et ut creator creaturis.

CAP. XII. De duobus dæmoniis.

Vers. 28. *Cumque venisset — dæmoniaci.* Evangelia secundum Marcum <sup>44</sup> et secundum Lucam <sup>45</sup> *Gadarenorum* scribunt. Verum stagno Tiberiadi adjacet civitas Gergesa, et non Gadara. Quidam autem dicunt binominem esse illam civitatem, et hoc et illo vocari nomine. Præterea Matthæus duos habet dæmoniacos, Marcus autem et Lucas unius tantum meminerunt, utpote notioris, qui legio dicebatur, de quo formidanda multa dicunt, cui etiam alter subservire dicebatur: propter quod etiam illi eum præteriere. Matthæus vero etiam hunc scripsit tanquam pariter dæmoniacum.

† Imo emendatiora exemplaria habent Gergesenorum, non Gerasenorum, neque Gadarenorum etiam apud Marcum. Gadaria enim civitas est apud Judæos, cui præceps adjacet stagnum et nullo modo mare. Item Gerasa civitas est Arabiæ non habens mare aut stagnum propinquum: neque autem adeo manifestum mendacium dixissent etiam oscitantes (II) evangelistæ, viri adeo studiosi in cognoscendis locis, quæ circa Judæam erant. Gergesa igitur, unde dicti Gergeseni, vetus est civitas juxta eam quæ nunc Tiberias appellatur, et in declivi loco stagnum habet adjacens: in quod demonstratur porcos a dæmonibus esse dejectos. Poteris autem interpretari *habituaculum egredientium*, ut propheticè fortasse ab eventu nomen acceperit.

Vers. 28. *Ex — exeuntes.* In sepulcris libenter morantur dæmones, pravam opinionem hominibus immittere volentes, quod mortuorum animæ dæmones fiunt, sed circa propriorum corporum monumenta remaneant, imo quibusdam adhæreant. Sed (mm) nequaquam id orthodoxo persuadebunt. Si

Origenis. Post versum enim 27 statim ita transit ad vers. 29: Ἐπειδὴ δὲ ἀπέβη τῆς θαλάττης, διαδήχεται θαῦμα ἕτερον φοβερώτερον. Δαιμονιόντες γὰρ, καθάπερ δραπίται πονηροὶ, δεσπότην ἰδόντες, ἔλεγον· Τί ἡμῖν καὶ σοί, x. v. λ. Ville tom. VII, p. 355. C. Ex Chrysostomo, ergo, qui data opera sumum fecit, de loco, ubi hæc acciderunt, nihil discas. Discas autem, unde sit Chrysostomus. Scilicet ἀλωπεκῆθεν.

(mm) *Sed*, alienum est. *Mortuorum animi dæmones facti, ad suorum corporum sepulcra remanent et quibusdam.*

10

enim hoc verum esset, nullo modo cruciatus dives orasset Abraham, ut Lazarum mitteret in mundum, quo fratribus suis significaret, quæ circa se gerantur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset.

Vers. 28. *Sævi* — Vers. 29. *Dei*? Quia et discipuli et turbæ hominem ipsum dicebant, veniunt nunc dæmones, divinitatem illius prædicantes. Occurrente enim illis divino radio, statim eum cognoverunt; et non ferentes virtutem impetus invisibiliter eos inflammantem, clamaverunt dicentes: *Quid nobis et tibi?* hoc est, Quæ est nostra potentia, si ad tuam conferatur? tu enim ignis es intolerabilis, nos autem senum quod facile accenditur.

Vers. 29. *Venisti* — nos? Quia deprehenderat eos creaturam suam omnino tyrannice vexantes ac per dentes, peccatum quidem negare non possunt, quamdam autem causæ suæ defensionem prætexunt, quod non nunc pœnas dare debeant, sed tempore universalis iudicii, et graviter discruciatii dicunt: *Venisti huc, id est in terram, ut affligas nos ante definitum tempus?* Audierant siquidem a prophetis, quod Christus post mundi consummationem descensusurus esset in terram, ac iudicaturus mundum, et afflicurus dæmones.

Vers. 30. *Erat* — V. 31. *porcorum*. Quandoquidem jam hominibus nocere non possunt, ad irrationalia quæ illi possident convertuntur, ut ostendatur furor, quem adversus nos gerunt. Nec solum hoc, verum etiam aliud admodum malum machinantur. Student enim porcos occidere, ut horum damno contristati domini gregis Jesum non suscipiant, et ita, Evangelii prædicatione non suscepta, maximo afficiantur damno. Etenim neque ejecti cessant nocere. Quid ergo Christus?

Vers. 31. *Et — in aquis*. Videns malitiam illorum, cum non ignoraret quid tentarent, permittit tamen, non ut illis placeat, sed dispensatorie alia intendens, primum ut discant hi qui liberantur quot et quales habuerint inhabitatores, deinde ut sciant omnes quod neque in porcos immigrare possent, nisi illis ipse permitteret, tertium quod atrociora in illis exercerent quam in porcis, nisi etiam in eo quod tyrannice agunt, a Deo imparentur, non permissi facere quæ volunt. Cuilibet enim manifestum est quod homines magis quam irrationalia oderunt, cum etiam irrationalia propter homines perdere studeant, et per illorum perditionem his inferre tristitiam. Quarto ut mors porcorum omnibus confirmaret exisse dæmones.

α τοῦτο ἦν ἀληθές, οὐκ ἂν βιζανιζόμενος ὁ πλεῖστος ἔδειτο τοῦ Ἀβραάμ, ἀποστέλλαι τὸν Λάζαρον εἰς τὸν κόσμον, καὶ μηνύσαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τὰ κατ' αὐτὸν, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐμήνησεν ἂν αὐτοῖς.

*Χαλιποὶ* — Θεοῦ; Ἐπειδὴ καὶ οἱ μαθηταὶ, καὶ οἱ ὄχλοι ἀνθρώπων αὐτὸν ἔλαγον, ἔρχονται λοιπὸν οἱ δαίμονες, ἀνακηρύττοντες τὴν αὐτοῦ θεότητα. Προσβαλοῦστές γὰρ αὐτοῖς τῆς θεϊκῆς ἀκτίνας, εὐθύ; ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ μὴ φέροντες τὴν ἀοράτως φλογίζουσαν αὐτοὺς δύναμιν τῆς προσβολῆς, ἔκραξαν λέγοντες· *Τί ἡμῖν καὶ σοί, τουτέστι· Τίς ἡ ἡμετέρα δύναμις πρὸς τὴν σὴν; Σὺ μὲν γὰρ πῦρ ἔστακτον, ἡμεῖς δὲ χόρτοι; εὐέμμηστοι.*

*Ἦλθε* — ἡμᾶς. Ἐπειδὴ κατέλαθεν αὐτοὺς, τὸ πλάσμα τὸ (80) ταυτοῦ παντὶ τρόπῳ τυραννοῦντας καὶ διαφθείροντας, ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἁμαρτίαν οὐ δύναται, προβάλλονται δὲ τινα δικαιολογίαν, ὅτι οὐ νῦν ὀφείλουσι δοῦναι δίκην, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς παγκοσμίου κρίσεως, καὶ δεινοπαθοῦντες; λέγουσιν· Ἦλθε; ὦδε, τουτέστιν ἐπὶ τὴν γῆν, βασανίσει ἡμᾶς πρὸ τοῦ ὠρισμένου καιροῦ; Καὶ γὰρ ἔχουον κατὰ τῶν προφητῶν, ὅτι ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν μέλλει κατελθεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ κρίναι τὸν κόσμον, καὶ βασανίσει τοὺς δαίμονας.

*Ἦν δὲ — χοίρων*. Μηκέτι δυνάμενοι βλέπειν τοὺς ἀνθρώπους, ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων (81) ἐτρέπησαν, πρὸς ἐνδειξιν, ἧς ἔχουσι κατ' ἡμῶν μανία;. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι μηχανῶνται, σφιδρα πονηρόν. Μελετώσι γὰρ ἀναλεῖν τοὺς χοίρους, ἵνα τῇ ζημίᾳ τούτων λυπηθέντες οἱ τῆς ἀγέλης κύριοι, μὴ παραδέξωνται τὸν Ἰησοῦν, καὶ ζημωθῶσι μάλιστα, μὴ δεξάμενοι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀπελαυνόμενοι παύονται τοῦ βλέπειν. *Τι ὧν ὁ Χριστός;*

*Καὶ — ἐν τοῖς ὕδασι*. Εἰδὼς τὴν πανουργίαν αὐτῶν, καὶ μὴ ἀγνοῶν, ὃ μελετώσιν, ὅμως ἐπιτρέπει, οὐ χαριζόμενος ἐκείνοις, ἀλλ' οἰκονομῶν ἕτερα, ἐν μὲν, ἵνα διδάξῃ τοὺς ἀπαλλαγέντας, ὄσους καὶ οἴους; εἶχον ἰνοίκους· ἕτερον δὲ, ἵνα μάθωσι πάντες, ὅτι οὐδὲ χοίροις ἐπιπηδῆσαι δύνανται, εἰ μὴ παραχώρησιν τούτοις αὐτοῖς· τρίτον, ὅτι χαλεπώτερα τῶν χοίρων ἐκείνοις ἂν ἐργάσαντο πάντως, εἰ μὴ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τυραννεῖν ἀνεχαιρίζοντο παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ συνεχωροῦντο ποιεῖν ὅσα βούλονται. Παντὶ γὰρ δῆλον, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους πλεον μισοῦσι τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ καὶ τὰ λόγια διὰ τοὺς ἀνθρώπους φθείρουσι, σπεύδοντες καὶ διὰ τῆς τούτων ἀπωλείας λυπεῖν αὐτοὺς· τέταρτον, ἵνα ὁ θάνατος τῶν χοίρων βεβαιώσῃ πάντας, ὅτι ἐξῆλθον οἱ δαίμονες.

#### Variae lectiones et notæ.

(80) Intell. τῶν ἀνθρώπων.

(81) τῶν χοίρων. B. Hentenii interpretatio videtur etiam postulare ἀνθρώπων. Τὰ τῶν ἀνθρώπων,

intell. χρημάτων καὶ κτήματων. Hoc loco, τοῖς χοίροις. Vicina vocabula, κατ' ἡμῶν, defendunt etiam hanc lectionem.

Καὶ ὄρα πίνσοφον ἀντιμυχάνημα τοῦ Σωτῆρος. Α Μειετήσαντες; γὰρ βλάψαι, πλεῖον ἐδλάθησαν, καὶ τούναντίον, οὐ ἐβούλοντο, γέγονεν. Ἐξέταμψε μὲν γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις· ἤλεγθη δὲ τούτων ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ πονηρία. Κατὰ τοῦ κρημνοῦ δὲ ὤρμησεν ἡ ἀγάλη εἰς τὴν θάλασσαν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦ κρημνοῦ. Μάρκος δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χοίρων ἔγραψεν, ὅτι ἦσαν ὡς δισχίλιοι. Σὺ δὲ μοι νόαι καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὅτι οἱ δαίμονες ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐκβάλλονται, λέγω δὴ, τῶν λόγῳ βοηθουμένων· τοῖς δὲ χοίροις ἐφάλλονται, δηλαδὴ τοῖς ἀλόγως ἐγκυλιωμένοις τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν, καὶ κατακρημνίζουσιν αὐτοὺς εἰς ἀπώλειαν.

Οἱ δὲ — πάντα. Ἐφυγον φοβηθέντες, μὴ καὶ αὐτοὺς ἀνέλωσιν οἱ τοὺς χοίρους αὐτῶν ἀελόντες δαίμονες. Ἀπήγγειλα δὲ πάντα, δηλαδὴ τὰ ῥηθέντα, παρὰ τε τῶν δαιμόνων, καὶ παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τῆς ἀπωλείας τῶν χοίρων.

Καὶ τὰ — δαιμονιομένων. Τὰ τῆς μεταβολῆς καὶ αὐχοσμίας αὐτῶν.

Καὶ ἰδοὺ — Ἰησοῦ. Ἦρχετο γὰρ [αὐτὸς (82) ἐπὶ τὴν πόλιν]. Πᾶσα δὲ ἡ πόλις, ἀντὶ τοῦ, πάντες οἱ πολῖται (83).

Καὶ — αὐτῶν. Λυπηθέντες μὲν, ὡς εἴρηται, καὶ διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν χοίρων, ἔτι δὲ καὶ φοβηθέντες, ὡς ὁ Λουκᾶς εἶπεν· ἐδεδοκίμασαν γὰρ, μῆτι κακῶν καὶ εἰς αὐτοὺς οἱ δαίμονες ἐκβληθέντες δρῶσιν. Ὁ δὲ Χριστὸς εὐθύς ὑπήκουσεν. Οὐ γὰρ ἦσαν ἀξιοὶ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. Ἄμα δὲ καὶ κατέλιπεν αὐτοῖς διδασκάλους τοὺς ἀπαλλαγέντας τῶν δαιμόνων καὶ τοὺς συῶτας (84).

Καὶ — εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Ἰδίαν πόλιν αὐτοῦ τὴν Καπερναοὺμ λέγει. Καὶ γὰρ ἡ μὲν Βηθλεὲμ ἤνεγκεν αὐτόν· ἡ δὲ Ναζαρεθ ἐθραψεν· ἡ δὲ Καπερναοὺμ εἶχεν εἰς τὸ ἐξῆς οἰκοῦντα.

ΚΕΦ. ΙΓ'. Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.

Καὶ ἰδοὺ — βεβλημένον. Τὸ ἰδοὺ συνεχῶς ἡ Ἑβραϊκὴ τίθησι γραφῆ, ὡς ἰδίωμα, καθάπερ καὶ πολλὰ ἕτερα. Προστίχει δὲ εἰπεῖν, ὅτι (85) ἕτερός ἐστιν ὁ παραλυτικὸς οὗτος παρὰ τὴν ὑπὸ Ἰωάννου μνημονευόμενον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐν τῇ Βηθεσδα κατέκειτο· οὗτος δὲ ἐν τῇ Καπερναοὺμ ἦν. Καὶ ὁ μὲν τριάκοντα καὶ ὀκτώ εἶχεν ἔτη· περὶ τούτου δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἱστόρηται. Καὶ ὁ μὲν οὐκ εἶχεν ἀνθρώπων· οὗτος δὲ εἶχε τοὺς βαστάζοντας. Καὶ τούτῳ μὲν φησιν· Ἀφέωνται σοὶ αἱ ἁμαρτίαι σου· ἐκεῖνῳ δὲ, Θέλεις ὑγιῆς γενέσθαι; Καὶ τὴν μὲν ἐν Σαββάτῳ τεθεράπευκε, διὸ καὶ ἐγόγγυζον Ἰουδαῖοι· τούτου δὲ κατ' ἄλλην ἡμέραν, διὸ καὶ ἐσίγησαν.

<sup>60</sup> Marc. v, 43. <sup>61</sup> Luc. viii, 35. <sup>62</sup> Joan. v, 5. <sup>63</sup> ibid. 6.

#### Variae lectiones et notæ.

(82) Inclusa omittit A.

(83) Illic addit, καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν, A. A πᾶσα ad πολῖται omittit Hentenius.

(84) His enim novis digni erant theologiae

Et vide sapientissimam Salvatoris cogitationem oppositam. Nam nocere volentes, magis ipsi nocuum acciperunt. Siquidem Christi potentia apparuit, et illorum imbecillitas ac malitia deprehensa est. Per præceptum autem ferebatur grex in mare, hoc est, præcipitanter et facto impetu. Marcus vero numerum etiam porcorum scripsit, quod erant fere bis mille <sup>60</sup>. Tu quoque mihi per anagogen intellige, quod dæmones ejiciuntur ab hominibus, quibus sermone (nn) succurritur. Ingressuntur autem porcos, eos videlicet qui irrationabiliter conservantur, et in cæno voluptatum voluntantur, ac illos in perditionem præcipitant.

Vers. 32. Qui — omnia. Fugerunt timentes, ne se pariter occiderent dæmones, qui suos peremerant porcos. Renuntiaverunt autem omnia quæ a dæmonibus et a Christo dicta fuerant, ac de perditione porcorum.

Vers. 33. Et quæ — dæmoniacis. De immutatione et honesta modestia ipsorum.

Vers. 34. Et ecce — Jesu. Veniebat enim ipse ad civitatem. †† Omnis autem civitas pro omnes cives.

Vers. 34. Et — ipsorum. Dolentes, ut dictum est, de perditione porcorum, ac etiam territi, ut dixit Lucas <sup>61</sup>; timebant enim ne mali quidpiam ejecti dæmones etiam in ipsos perpetrarent. Christus autem statim paruit; neque enim digni erant doctrina ipsius. Quanquam præceptores quoque eis reliquit, illos videlicet qui a dæmonibus liberati fuerant, et qui porcos paverant.

CAP. IX. v. 1. Et — in civitatem suam. Civitatem suam dicit Capernaum. Siquidem Bethleem ipsum protulit; Nazareth ipsum enutrivit; Capernaum deinceps incolam habuit.

CAP. XIII. De paralytico.

Vers. 2. Et ecce — decumbentem. Dictionem, ecce, Scriptura Hebraica frequenter ponit, tanquam linguae idioma, sicut et alia multa. Dicendum est autem alium esse hunc paralyticum at eo cuius meminit Joannes <sup>62</sup>. Nam ille ad Bethesda decumbebat, hic autem Capernaum; et ille quidem triginta et octo annos morbo tenebatur; de hoc vero nihil tale scriptum est. Propterea ille non habebat hominem, hic autem hajuos habebat; hinc quoque ait: Remissa sunt tibi peccata tua; illi vero: Vis sanus fieri <sup>63</sup>? Ad hæc, illum Sabbatho curavit, unde etiam murmurabant Judæi; hunc autem alio die, ideoque tacuerunt.

doctoribus.

(85) De eodem disputat Chrysost. tom. VIII, p. 312 B; tom. VIII, p. 211 fin.

(nn) Quibus sermone. His nimirum qui ratione corriguntur.

Vers. 2. *Intuitus* -- *peccata tua*. Sicut enim A dicunt Marcus et Lucas <sup>70</sup>, cum ingredi non possent, propter eorum multitudinem qui congregati erant, ascenderunt in tectum domus in qua docebat Jesus : coque perfosso, per ipsum demiserunt grabatum in quo jacebat paralyticus. Quo omnia magnæ fidei erant : hæc namque illis ne desperarent, persuasit, utque omnia et facerent, et paterentur, quo ipsum conspectui Salvatoris præsentarent, credentes continuo illum assecuturum esse sanitatem. Fidem, inquit, eorum, non solum demittentium, sed ejus quoque qui demissus erat. Neque enim se demitti sustinisset, nisi salutem consequi sperasset. Intuitus autem Jesus tantam illorum fidem, primum quidem languido peccata remittit, deinde vero corpus sanat : simul docens plurimos morbos et peccatis oriri, et prius oportere causam curare, unde etiam paralytico, de quo scribit Joannes, dixit : *Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat* <sup>71</sup>, simul quoque Deum se esse ostendens. Corporeas siquidem curare infirmitates etiam sanctorum est ; peccata vero remittere, solius Dei. Ideo etiam Scribæ turbabantur.

Vers. 3. *Et—blasphemat*. Marcus manifestius dixit : *Erant quidam Scribarum tibi sedentes et cogitantes in cordibus suis : Quid hic ita loquitur blasphemias ? Quis potest remittere peccata præter unum* <sup>72</sup>, nempe Deum (oo) ? Offendebantur autem præ invidia et malitia. Nam frequenter eum viderant etiam cum auctoritate morbos fugantem, demones ejicientem, vento marique imperantem, et hæc omnia modo humanas vires superante facilitantem : sed hi proprias ulciscentes affectiones, Dei videbantur injuriam ulcisci.

Vers. 4. *Cumque vidisset — vestris ?* Hic aliud quoque suæ divinitatis et ad Patrem æqualitatis signum ostendit, cui contradicere non possit, cognoscendo videlicet cogitationes cordium ipsorum, quod similiter solius erat Dei. Scriptum est enim : *Tu nosti corda solus omnium* <sup>73</sup>. Et rursum : *Scrutans corda et renes Deus* <sup>74</sup>. Et alibi : *Homo videbit in faciem, Deus autem intuebitur in corda* <sup>75</sup>. Nam quia illud, cum sibi videretur impossibile, non recipiebant, inducit hoc tanquam indubitatum, per hoc probans etiam illud, ac quodammodo dicens : Vere nullus potest remittere peccata, nisi unus, qui intuetur cogitationes hominum.

Vers. 5. *Utrum — ambula ?* Quandoquidem, inquit, blasphemus vobis videor, utpote remittens

*Kai idōn — ai ἁμαρτίαι σου. Ὡς γὰρ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς εἶπον, μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν, ὁ δὲ τῷ πλῆθει τῶν συλλεγέντων, ἀνῆλθεν ἐπὶ τὴν στέγην τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ ἐδίδασκεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνορεύσαντες αὐτὴν, ἐχάλασαν δι' αὐτῆς τὸν κρᾶθρατον, ἐφ' ᾧ κατέκειτο ὁ παράλυτος ἃ πάντα μεγάλης πίστεως ἦσαν, ἥτις ἐποίησεν αὐτοὺς, μὴ ἀπογῶναι, μηδ' ὑποστρέψαι, ἀλλὰ πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὕψιν τοῦ Σωτῆρος, πιστεύοντάς, ὅτι αὐτίκα τεύξεταί τῆς ἰάσεως. Πίστιν δὲ αὐτῶν φησιν, οὐ μόνον τῶν χαλασάντων, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλασθέντος ὁ γὰρ ἂν ἠέσχετο χαλασθῆναι, εἰ μὴ ἰαθῆναι ἐπίστευεν. Ἰδὼν δὲ ὁ Χριστὸς τὴν τηλικαύτην πίστιν αὐτῶν, πρῶτον μὲν ἀφίησι τῷ νοσοῦντι τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ· μετὰ τοῦτο δὲ θεραπεύει τὸ σῶμα· ἅμα μὲν διδάσκων, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν νοσημάτων ἐξ ἁμαρτιῶν φύονται, καὶ χρὴ πρῶτον ἰαθῆναι τὸ αἴτιον· καὶ γὰρ πρὸς τὸν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ παραλυτικὸν εἶρηκεν· Ἴδε ὕψις γέγονος, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χειρόν τι σοι γένηται· ἅμα δὲ δεικνύων, ὅτι Θεὸς ἐστίν. Τὸ μὲν γὰρ ἰδοῦναι σωματικὰ, νόσους καὶ τῶν ἀγίων ἦν· τὸ δὲ ἀφίεναι ἁμαρτία· μόνου Θεοῦ· διὸ καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐθροιβήθησαν.*

*Kai — βλασφημεῖ. Ὁ δὲ Μάρκος φανερώτερον εἶπεν, ὅτι καὶ Ἠσὼν τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· Τί οὗτος οὕτως λαλεῖ βλασφημίας ; Τίς δύναται ἀφίεναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός ; Ἐσκανδαλίζοντο δὲ ὑπὸ φθόνου καὶ πονηρίας. Καὶ γὰρ πλάκις αὐτὸν εἶδον ἐξουσιαστικῶς καὶ νόσους φυγαδεύοντα, καὶ δαίμονα· ἀπαλαύνοντα, καὶ ἀνέμοις καὶ θαλάσῃ ἐπιτιμῶντα, καὶ πάντα ταῦτα διαπραττόμενον ὑπὲρ ἀνθρώπων· ἀλλ' αὐτοὶ τὰ ἰδὲα πάθη ἐκδικοῦντες, ἐδόκουν τὸν Θεὸν ἐκδικεῖν.*

*Ἰδὼν δὲ — ὁμῶν ;* Ἐνταῦθα καὶ ἕτερον ἀναπτέρητον σημεῖον τῆς ἑαυτοῦ θεότητος δεικνύσει, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητος, τὸ γινώσκειν τοὺς διαλογισμοὺς τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ὅπερ ὁμοίως ἦν μόνου Θεοῦ. Γέγραπται γάρ· *Σὺ ἐπίστασαι καρδίας μορῶτατος*. Καὶ πάλιν· *Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεός*. Καὶ αὐθις· *Ἀνθρώπος ὄψεται εἰς πρόσωπον· ὁ δὲ Θεός ὄψεται εἰς καρδίαν*. Ἐπει γὰρ ἐκεῖνο, ὡς φανὲν (86) αὐτοῖς ἀδύνατον, οὐκ εἶδξαντο, ἐπάγει τοῦτο λοιπὸν, ὡς ἀναμφίβολον διὰ τούτου κακίῳ βεβαιῶν, καὶ τρέπον τινὰ λέγων, ὅτι ὄντως οὐδεὶς δύναται ἀφίεναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἰς, ὁ βλέπων τὰς ἐνθυμησίας τῶν ἀνθρώπων.

*Τί γὰρ — περιπατεῖ ;* Ἐπει βλάσφημος ὁμῶν δοκῶ, φησὶν, ὡς ἀφίεν, ἁμαρτίας, καὶ ἴσων ἑμαυτὸν τῷ

<sup>70</sup> Marc. 11, 4 ; Luc. v, 19. <sup>71</sup> Joan. v, 14. <sup>72</sup> Marc. 11, 6, 7. <sup>73</sup> II Paral. vi, 30. <sup>74</sup> I Reg. xvi, 7.

#### Variæ sectiones et notæ.

(86) Correxī φανέν, loco φανέν. Ita etiam Hentenius videtur legisse.

(oo) *Nempe Deum*. Abesse debet, nempe. Forte tamen legit, εἰς δεξιὰ δὲ Θεός.

Θεῶ ποιῶν, ἀποκρίθητε· Ποῖόν ἐστιν εὐχερέστερον A εἰς πρῶτον, πότερον τὸ εἰπεῖν τόδε, ἢ τὸ εἰπεῖν τόδε; Ἦσαν δὲ καὶ ἀμφω τὰ, περὶ ὧν ἠρώτησε, Θεῶ μὲν δυνατὰ, ἀνθρώπων δὲ ἄδύνατα. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀρτίναι ἀμαρτίας Θεοῦ μόνου ἦν ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κατ' ἐξουσίαν ἐγείραι, καὶ ἀρτιῶσαι (87) τὸν παράλυτον. Σιγῶντων δὲ αὐτῶν, διὰ τὴ μηδέτερον ἔχειν εἰπεῖν εὐχερέστερον ἑτέρου, φησὶν αὐτῶς·

*Ἦνα — ἀμαρτίας.* Ἐλλειπτικόν ἐστὶ τοῦτ' τὸ σχῆμα τοῦ λόγου· λείπει γὰρ τὸ, *θεωρήσατε*. Ἦνα δὲ, φησὶ, γινώτε, ὅτι ὁ φαινόμενος ὑμῖν ἄνθρωπος ἐξουσίαν ἔχει, ὡς Θεὸς, βλέψατε. Τὸ δὲ, ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπλῶς πρόσκειται, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῆς ἐν γῆ πολιτείας αὐτοῦ. Ἐλεγε δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ.

*Τότε λέγει — αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀφίναί ἀμαρτίας ἀφανῆ τὴν ἀποδείξιν εἶχε· τὸ δὲ κατ' ἐξουσίαν ἐγείραι τὸν παράλυτον φανερῶς εἶδειτο τῆς ἀποδείξεως· ποιεῖται τὴν φανεράν τεκμήριον τῆς ἀφανοῦς, καὶ διὰ ταύτης καὶ περὶ ἐκείνης κληροφορεῖ, ὅτι ὁ τοῦτο δυναθεὶς δύναται κάκεινο. Πρὸς βεβαίωσιν δὲ τῆς συσφιγξίως τοῦ παρειμένου σώματος, ἐκέλευσεν ἔραι τὸν κράδβατον, ἵνα μὴ δόξη φαντασία τις τὸ γεγεννημένον. Ἀποστέλλει δὲ αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· τοῦτο μὲν, ἵνα μὴ παρῶν καὶ δρώμενος ἔπαινον αὐτῷ προξενήσῃ· τοῦτο δὲ καὶ, ἵνα σχῆ μάρτυρας τῆς ὑγείας ἀναντιρρήτους, αὐτοὺς τοὺς (88) ἀπαργράπτους καὶ τῆς νόσου μάρτυρας, καὶ ἵνα τοῦτοις ἀφορμὴ γένηται πίστεως.

*Ἰδόντες δὲ — ἀνθρώποις.* Ἐθαύμασαν μὲν, ὅτι ὡς Θεὸς ἐθαυματούργησεν· ὅμως ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, ἔχοντα ἐξουσίαν ὑπὲρ ἄνθρωπον.

#### ΚΕΦ. ΙΔ'. Περὶ Ματθαίου τοῦ τελώνου.

Καὶ — ἀκολούθει μοι. — Παράγω, ἀντὶ τοῦ, πορευόμενος. Ὅρα δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν, πῶς οὐκ ἐπαισχύνεται τὸν πρότερον ἑαυτοῦ βίον. Ἀλλὰ Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς, αἰδοὶ τοῦ συμμαθητοῦ, τὸ φανερὸν ὄνομα τοῦτου παρέδραμον, Ἀσὺν τοῦτον ὀνομάσαντες· ἐκαλεῖτο γὰρ καὶ τοῦτο. Αὐτὸς δὲ φανερῶς τελώνην ἑαυτὸν ἀνομολογεῖ, διότι οὐδ' ὁ Χριστὸς ἐπησχύνθη τοῦτον. Ἄμα δὲ καὶ δείκνυσιν ἐνταῦθεν τὴν δύναμιν τοῦ καλέσαντος αὐτὸν εἰς μαθητείαν, πῶς ἀνέσπασε τοῦτον εὐχερῶς ἐκ μέσου τοῦ τελωνίου, σφόδρα φιλοκερδοῦς καὶ ἀναιδεστάτης καπηλείας. Τελώνιον γὰρ λέγει τὸ τοῦ κομμερχιαρίου (89) πραιτώριον. Δείξας δὲ πρότερον ὁ Χριστὸς, ὅτι δύναται ἀφίναί ἀμαρτίας, τότε καὶ ἐπὶ τὸν

peccata, et æqualem faciens meipsum Deo, responde mihi, utrum est facilius ut opere perficiatur, an dicere hoc, vel (pp) dicere illud? Erant autem ambo de quibus interrogabat, Deo quidem possible, hominibus vero impossible. Nam et remittere peccata solius Dei erat, et similiter sua auctoritate erigere ac confirmare paralyticum. Cum autem illi tacerent, eo quod neutrum altero facilius dicere poterant, ait ipse:

Vers. 6. *Ut*—peccata. Defectivus est hic loquendi modus. Desicit enim, *Respicite*. Ut, inquit, cognoscatis, quod qui vobis apparet homo, potestatem habeat tanquam Deus, respicite. Quod autem additur: *in terra*, simplici sensu ponitur: aut valet tantumdem ac si dicatur: in conversatione quam habet in terra. Dicebat itaque hoc de seipso.

Vers. 6. *Tunc ait* — V. 7. *suam*. Quia remittere peccata latentem habebat demonstrationem, ad erigendum autem sua auctoritate paralyticum manifesta opus erat demonstratione, facit quod manifestum est in signum ejus, quod erat occultum: et per hoc, et per illud plenam faciit fidem, quod et hoc possit et illud. Ad confirmationem autem quod corpus robustum relinqueretur, jussit ut tolleret grabatum suum, ne phantastico quodam modo fieri videretur. Dimittit etiam illum in domum suam: tum ne præsens ac visus, laudem sibi conciliaret, tum etiam ut sanitatis testes haberet, quibus contradicere non posset, ipsos nempe qui morbi testes erant, utque ipsi fidei fieret occasio.

Vers. 8. *Cum vidissent* — *hominibus*. Admirabantur quidem, quod quasi Deus miraculum operatus erat: hominem tamen eum esse opinabantur, habentem potestatem super hominem.

#### CAP. XIV. De Matthæo publicano.

Vers. 9. *Et* — *sequere me*. — *Præteriens*, hoc est, pergens. Considera autem evangelistam quomodo non erubuerit ob priorem vitam suam. Sed Marcus quidem et Lucas<sup>79</sup>, ob condiscipuli reverentiam, præmittentes manifestum ejus nomen, Levi hunc vocaverunt, sic enim etiam appellabatur; ipse vero aperte seipsum publicanum fatetur. Si quidem neque Christum ejus puduit. Simul autem hinc illius ostendit virtutem, qui se ad discipulatum vocavit: quam facile e medio telonio lucri maxime avidos ac impudentissime cauponantes abstraxerit. Telonium vero dicit hujus commerciaril (ut ita loquamur) prætorium aut domum. Cum autem prius ostendisset Christus, quod peccata remittere

<sup>79</sup> Marc. II, 14; Luc. v, 27.

#### Varie lectiones et notæ.

(87) i. e. ἀρτιμελῆ ποιῆσαι, συσφιγξαι. Frequen-tius occurrit ἀρτίως, quam ἀρτιῶς.

(88) i. e. τοὺς οικεῖλους καὶ συγγενεῖς.

(pp) Factu facilius, utrum dicere hoc, an.

(89) κομμερχίου, A, male. Eadem vox supra legi-tur ad Matth. v, 46, ubi τελώνης explicat, κομ-μερχιαρίου.

posset, tunc etiam ad publicanum venit, ne turbentur aliqui, videntes eum discipulis annumeratum, sed cogitent potius, quod qui solvit aliorum peccata, multo magis suorum peccata absolvit.

† Tanquam de altero narrat, quæ circa se contigerunt, jactantiam abhorrens: magna siquidem laude dignus erat, quod continuo secutus est eum.

Vers. 9. *At ille — sum.* Admirare perfectam ejus qui vocatus est, obedientiam: quomodo neque consultavit apud se, quomodo nullum super ea re consuluit amicum, quomodo non disposuit quæ domus atque substantiæ suæ erant; sed confestim surgens, secutus est, relicto universo mundo: solam autem adduxit mentem ad omnia paratam, quæ jussisset is qui eum vocaverat, sicut et qui antea vocati fuerant.

Verum quam ob causam de Petro et Andrea, Jacobo, Joanne ac Matthæo, non solum ipse Matthæus, sed et Marcus ac Lucas scripserunt, unde et quomodo vocati sunt, de reliquis vero discipulis nihil tale docuerunt? Quia hi inter alios abjectissima habebant vitæ instituta; neque enim quidpiam pejus publicano, neque vilius piscatore. Propter quod etiam evangelistæ in omnibus fide digni habentur, quia neque ea quæ probrum afferre videbantur prætermiserunt, nec id solum de discipulis, verum etiam de præceptore faciunt. Statim (99) namque plurima reliquerunt miracula: nihil autem de his quæ passus est prætermiserunt: cum de discipulis ostenderint quod adeo abjecti, tanta gratia digni habiti sunt: de præceptore vero, quod, cum tantus esset, talia propter nos passus sit.

Vers. 10. *Et factum — ejus.* Intuitus Christus sincerissimam ac promptissimam hujus obedientiam accedit ut et illum honoret, et se illi familiarem præbens libereque tribuens, his qui eo venerant aliquam correctionem tradat. Ille autem tantum assecutus bonum, liberalior efficitur, et sicut ait Lucas 7<sup>o</sup>, fecit ei convivium magnum in domo sua, id est officiosum epulum.

Publicanos vero appellat etiam peccatores, propter obreccationem qua male audiebat; ipsi enim calumniam sustinebant, tanquam injusti et avari ac raptores, omnique compassione carentes et impudentes. Aut fortassis et alii quidam erant nobiliora quidem vitæ instituta habentes, eisdem tamen obnoxii affectibus: nam simile suo congaudet simili.

Et hos ergo Matthæus convivio accepit, utpote

1<sup>o</sup> Luc. v, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(90) Hæc uterque codex in margine habet. Eadem inferiori exhibebat Hentenius.

(99) Αὐτίχα, non est, statim, sed, exempli causa.

ταλώνην ἔρχεται, ἵνα μὴ θορυβῶνται τινες, βλέποντες αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς ἐναριθμῶν· ἀλλ' ἵνα λογίζωνται, ὅτι ὁ ἑτέρων ἁμαρτήματα λύων, πολλῶν μᾶλλον ἔλυσε τὰ τοῦ μαθητοῦ.

[Ὡς (90) περὶ ἑτέρου δὲ τὰ περὶ ἑαυτοῦ διεγείττει, στέργων τὸ ἀκόμπαστον· μέγα γὰρ ἐποίησεν, εὐθὺς ἀκολουθήσας αὐτῷ.

Ὁ δὲ — αὐτῷ. Θαύμασον τὴν τελείαν τοῦ κληθέντος ὑπακοήν, πῶς οὐ διεσκέψατο, πῶς οὐκ ἀνεκοινώσατο περὶ τούτου φίλοις, πῶς οὐ διώπησε τὰ κατὰ τὸν οἶκον καὶ τὴν οὐσίαν· ἀλλ' εὐθὺς ἀναστὰς ἠκολούθησε, πάντα μὲν τὸν κόσμον ἀπολιπὼν, μόνην δὲ τὴν γνώμην ἐπαγόμενος παρεσκευασμένην πρὸς τὰ κελευόμενα παρὰ τοῦ καλέσαντος, ὃν τρέπων καὶ οἱ (91) προκληθέντες.

Ἄλλὰ τίνος ἕνεκεν περὶ Πέτρου μὲν, καὶ Ἀνδρέου, καὶ Ἰακώβου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ματθαίου, οὐ μόνον αὐτὸς ὁ Ματθαῖος, ἀλλὰ καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἔγραψαν, πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐκλήθησαν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων μαθητῶν οὐδὲν τοιοῦτον ἐδίδαξαν; Διότι μάλιστα τῶν ἄλλων οὗτοι ἦσαν ἐν ὀποδλήτοις ἐπιτηδεύμασιν. Οὐτε γὰρ τελώνου τι χεῖρον, οὔτε ἀλιέως εὐτελέστερον. Διὸ καὶ μᾶλλον οἱ εὐαγγελιστὰι τὸ ἀξιόπιστον ἐν ἡρασίῳ ἔχουσιν, ὅτι οὐδὲ τὰ δοκοῦντα φέρειν τοῖς μαθηταῖς θνείδος παρελιμπανον. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν μαθητῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτο ποιοῦσιν. Αὐτίχα γοῦν πολλὰ μὲν τῶν θαυμάτων αὐτοῦ παρέδραμον, οὐδὲν δὲ τῶν παθημάτων αὐτοῦ παρέλιπον, δεικνύντες περὶ μὲν τῶν μαθητῶν, ὅποιοι ὄντες ὁποίας χάριτος ἤξιώθησαν· περὶ δὲ τοῦ διδασκάλου, ὅποιος ὢν ὅποια πέπονθε δι' ἡμᾶς.

Καὶ ἐγένετο — αὐτοῦ. Ἰδὼν ὁ Χριστὸς τὴν ἐλικρινεστάτην ὑπακοήν τούτου καὶ προθυμίαν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παραγίνεται, τιμῶν τε αὐτὸν καὶ οἰκειούμενος, καὶ παρρησίας μεταδίδους, καὶ ἵνα καὶ τοῖς· ἐκεῖ παράσχη τινὰ διόρθωσιν· αὐτὸς δὲ, τοιοῦτου τυγχὼν ἀγαθοῦ, φιλοτιμότερον διεγείρεται, καὶ, καθὼς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐποίησε δοχὴν μεγάλην αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, τουτίστιν, ὑποδοχὴν, θεραπείαν, ἐστίασιν.

Τελώνης δὲ καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς αὐτοὺς λέγει, πρὸς διασυρμὴν αὐτῶν. Διεβέβληντο γὰρ, ὡς ὀδοίκοι, καὶ πλεονέκται, καὶ ἄρπαγες, καὶ ἀσυμπαθεῖς, καὶ ἀναιδεῖς· ἢ καὶ ἄλλοι τινὲς ἦσαν, ἵσως ἕτερα μὲν ἐπιτηδεύματα ἔχοντες, τοὺς αὐτοῖς δὲ πάθεισιν ἐνεχόμενοι. Τῷ γὰρ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον.

Παρέλαβε γὰρ καὶ τούτους· εἰς ἐστίασιν ὁ Μτ-

(91) οἱ, abest B.

θαλος, κοινωνήσοντας αὐτῷ τῆς χαρᾶς, ὡς ὁμοτέ- A  
χρους καὶ συνήθεις. Ο δὲ Χριστὸς ἠνέσχετο καὶ  
ἀναπασεῖν καὶ συναναπασεῖν τοιοῦτοις, διὰ τὴν μέλ-  
λουσαν γενέσθαι τοῖς συνανακειμένοις ὠφέλειαν· καὶ  
μετίσχε τῶν ἐξ ἀδικίας παρατεθέντων αὐτοῖς, διότι  
μέγα κέρδος ἐντεῦθεν ἐμελλεν ἔσεσθαι, καὶ οὐκ  
ἐφρόντισε τῆς παρὰ τῶν πολλῶν μίμψεως, εἰδὼς,  
ὅτι ὁ ἰατρός, ἐὰν μὴ ἀνάσχηται σηπαδόνος, οὐκ  
ἀπαλλάττει ταύτης τοὺς κάμνοντας· καίτοι σαφῶς  
ἐγίνωσκεν, ὅτι πονηρὰν ἐντεῦθεν ὀπλήψιν λήψεται,  
διότι τε πρὸς εὐωχίαν ἦλθε, καὶ διότι πρὸς εὐω-  
χίαν τελώνου, καὶ διότι πολλοὶς τελώναις καὶ ἀμαρ-  
τωλοῖς συνανέπεσεν.

Ἄρα γοῦν ὕστερον τοὺς Ἰουδαίους ὀνειδίζοντες  
αὐτῷ καὶ λέγοντας· Ἰδοὺ ἀνθρώπος φάγος καὶ  
οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἀμαρτωλῶν· ἀλλ' B  
ὅμως ἐκεῖνος ὑπερέωρα τούτων πάντων, ἵνα τὸ  
εὐποδαζόμενον ἀνύσῃ, καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι συναπα-  
σεῶν αὐτοῖς, μέγιστον ἤνυσεν. Ἄκουσον, τί φησι  
Ζαχαρίας ὁ τελώνης. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ  
Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι Σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου  
θαῖ με μῆναι, περρωθεὶς ὑπὸ τῆς χαρᾶς, εἶπεν·  
Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε,  
δίδωμι πτωχοῖς, καὶ εἰ τινός τι ἐσυκοφάντησιν,  
ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ  
Ἰησοῦς· Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένε-  
το.

Καὶ πῶς ὁ Παῦλος λέγει· Ἐάν τις ἀδελφός ὀνο-  
μαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, τῷ τοιοῦτῳ  
μηδὲ (92) συνασθίειν ; Ὁ Παῦλος οὐ πρὸς διδα- C  
σκάλους, ἀλλὰ πρὸς (93) ἀπλῶς ἀδελφοὺς τοῦτο παρ-  
αινεῖ. Ἀλλὰ καὶ περὶ ἀδελφῶν ἐκεῖνος τοῦτ' φησιν·  
οἱτοὶ δὲ οἱ τελῶναι καὶ ἀμαρτωλοὶ οὕτω γεγονάσιν  
ἀδελφοί. Ἀλλὰ καὶ, ὅταν ἐπιμένωσι ταῖς ἀμαρτίαις·  
οἱτοὶ δὲ μεταβληθῆναι μᾶλλον ἐμελλον.

Καὶ — ὁ διδύσκαλος ὕμων ; Μάρκος ἐξ καὶ  
Λουκᾶ· φασιν, ὅτι καὶ οἱ Γραμματεῖς τοῦτο μετὰ  
τῶν Φαρισαίων εἶπον.

Ἄρα δὲ, πῶς, ὅτε μὲν οἱ μαθηταὶ δοκοῦσιν ἀμαρ-  
τάνειν, τῷ διδασκάλῳ κατ' αὐτῶν λέγουσιν· Ἰδοὺ οἱ  
μαθηταὶ σου (94) ποιοῦσιν, ὃ οὐκ ἔξεσι ποιεῖν ἐν  
Σαββάτῳ· ὅτε δὲ ὁ διδύσκαλος, ὡς καὶ νῦν, παρὰ τοῖς  
μαθηταῖς διαβάλλουσιν αὐτὸν, κακουργοῦντες, ὥστε  
τὴν χορὸν τῶν μαθητῶν ἀπορρήξαι τοῦ διδασκάλου. D  
Τί οὐν ἡ ἀπειρος σοφία ;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας — κακῶς ἔχοντες.  
Ἀπὸ κοινοῦ παραδείγματος ἐπεστόμισεν αὐτοὺς,  
καὶ τὸ ἐγκλημα τοῦτο μᾶλλον εἰς κατόρθωμα πε-  
ριέτριψε, δείξας οὐ μόνον ἀμεμπτον, ἀλλὰ καὶ μᾶλ-  
λον ἐπαινετόν. Εἶτα καὶ ἀπὸ Γραφῆς προφητικῆς  
αὐτοὺς ἐπεισεν, εἰπὼν·

<sup>77</sup> Matth. xi, 19. <sup>78</sup> Luc. xix, 5. <sup>79</sup> ibid. viii, 9. <sup>80</sup> I Cor. v, 11. <sup>81</sup> Marc. ii, 16; Luc. v, 30.  
<sup>82</sup> Matth. xii, 2.

Varia: lectiones et notæ.

(92) μή Α.

(93) Rarum hoc, παραινεῖν πρὸς τινα.

(94) σου, omittit B.

(rr) Est fornicator. Videtur ergo legisse ἦ, loco ἦ, nisi vulgatam Latinam, ut solet, expressit.

A qui sibi in gaudio communicabant, et ejus artis  
eorumdemque erant morum. Christus autem tolerabat  
ut etiam pariter cum eo tales accumberent, propter  
venturam simul accumbentibus utilitatem; et  
particeps cum eis erat ferculorum injuste parato-  
rum, ob grande lucrum, quod inde erat proven-  
tuum: nec curabat multorum indignationem,  
sciens quod, nisi medicis putredinem tolleret,  
ab ea non liberabit agrotantes. Atqui plane noverat  
pravam inde suspicionem de se exorturam, quod  
ad epulum venisset, et quod ad publicani epulum,  
quodque simul cum multis publicanis accumberet.

Vide enim postmodum Judæos impropereantes ei  
ac dicentes: *Ecce homo vorax, et potor vini, ami-  
cus publicanorum et peccatorum* <sup>77</sup>; sed tamen hæc  
omnia despicit, ut quod conatur efficiat. Ut autem  
scias quod simul accumbendo, rem maximam  
operetur, audi quid dicat Zachæus publicanus.  
Postquam enim Christum audivit dicentem: *Hodie  
in domo tua oportet me manere* <sup>78</sup>, animo gestiens  
et præ gaudio in sublime elevatus, ait: *Ecce dimi-  
dium substantiæ meæ, Domine, do pauperibus, et si  
quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Dixit  
autem ad eum Jesus: Hodie salus huic domui facta  
est* <sup>79</sup>.

Quomodo ergo dicit Paulus: *Si quis dictus frater  
est fornicator (rr) aut avarus, cum hujusmodi nec ci-  
bum sumatis* <sup>80</sup>? Paulus in hoc non præceptores, sed  
simpliciter fratres adhortatur. Præterea de fratre  
hoc dicit ille: *Illi autem publicani nondum facti  
erant fratres. Ad hæc, dum permanserint in pecca-  
tis hoc faciendum est; isti vero potius ex hoc  
convertendi erant.*

Vers. 11. *Et — magister vester?* Marcus et Lu-  
cas dixerunt etiam Scribas simul cum Phariseis hoc  
dixisse <sup>81</sup>.

Vide autem quod, quando discipuli peccare vi-  
dentur, præceptori adversus illos dicunt: *Ecce  
discipuli tui faciunt* <sup>82</sup>, quod non licet facere Sabbatis.  
Quando vero præceptor, ut nunc, apud discipulos  
illum calumniantur, dolose agentes ut eorum dis-  
cipulorum a præceptore separent. Quid ergo ait pro-  
funda Sapientia?

Vers. 12. *Quo audito Jesus — male habentibus.*  
A communi exemplo os illis oppressit, et accusa-  
tionem hanc potius ad virtutis opus convertit,  
ostendens non solum irreprehensibile esse, sed  
magis laude dignum. Deinde a Scriptura quoque  
prophetica persuadet, dicens:

Vers. 13. *Exutes — sacrificium.* Improperat A quoque illis Scripturarum ignorantiam, revocans ad modestiam fastum ipsorum, et id quod agit supra sacrificia extollens. Est autem tantumdem ac si dicat: Non est contra Scripturam sacram, quod facio. Deus enim per prophetam dicens: *Misericordiam volo, non sacrificium*<sup>83</sup>, ostendit meliorem esse misericordiam quam sacrificium. Ideo et ego misericordiam præstans his qui peccatis sunt morbidi, infero me illis, et cum eis conversans, omnem curandi modum adhibeo.

Vers. 13. *Neque — poenitentiam.* Non veni ut cum justis converser; nam ipsi sibi ad salutem sufficiunt: sed fateor propter solos peccatores me venire, qui poenitentia indigent; quomodo ergo hec abominabor propter quos veni? Dicit autem Chrysostomus hoc ironice Christum dixisse: *Non veni ut vocarem justos, quales vos estis justificantes vos ipsos.* B

Vers. 14. *Tunc — jejunant?* Et hoc quoque Marcus et Lucas Scribas et Phariseos dixisse aiunt<sup>84</sup>. Itaque manifestum est hos primum illud dixisse, deinde et Joannis discipulos concitasse, ac si etiam illi adversus Christum quasi æmuli affecti essent. Et quia a Salvatore os illis obturatum erat, transferunt indignationem ad ejus discipulos, et accedentes accusabant eos. Est autem tantumdem ac si dicerent: Si tu hæc quasi medicus ita agis, quare discipulos non jubes jejunare, et non genio indulgere? Primum autem seipso laudant, gloriantes quod frequenter jejunarent. Nam jejunabant: hi quidem a Joanne id accipientes, illi vero a lege. Deinde autem discipulis ejus detrahebant, Et vide Christi mansuetudinem. Neque enim arguit eos quasi arrogantes, sed per parabolam illis hilariter respondet.

Vers. 15. *Et ait — sponsus?* Superius seipsum medicum nominavit, hic autem sponsum. Et merito medicum quidem, utpote ægrotas animas curantem; sponsum vero, tanquam has quæ in virginitate degunt sibi desponsantem. Filios autem sponsi dicit domesticos ejus quæ desponsata est (85). Dixit autem hoc reducens illis ad memoriam Joannis verbum, qui dixit: *Qui habet sponsam; sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi*<sup>85</sup>.

Est ergo verborum intellectus iste: Ego veni ut Ecclesiam fidelium per fidem mihi despondeam

*Πορνεύοντες — θυσιαν.* Ὀνειδίζει μὲν αὐτοῖς καὶ ἀμάθειαν τῶν Γραφῶν, καταστέλλει δὲ καὶ τὸ φρόνημα τούτων, ἐπαιρομένων ἐπὶ ταῖς θυσίαις. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτος ἐστίν, ὅτι Οὐδὲν ἐναντίον τῆ θεῆς Γραφῆ ποιῶ. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς εἰπὼν διὰ τοῦ προφήτου Ἐλεος θέλω, καὶ οὐ θυσιαν· ἔκειθεν, ὅτι κρείττων θυσίας ἐστὶν ὁ ἔλεος. Διὸ καὶ ἐλεῶν τοὺς νοσοῦντας ἐν (95) ἁμαρτίαις, ἐπιδημῶ τούτοις, ὡς ἰατρὸς, καὶ συναναστρέφομαι, καὶ παντὶ τρόπῳ θεραπεύω.

*Οὐ — μετένοιαν.* Οὐκ ἤλθον ἐπιστρέφει δικαίους· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὶ ἀρκούσιν εἰς σωτηρίαν· ἀλλ' ὁμολογῶ, διὰ μόνους τοὺς ἁμαρτωλοὺς; ἔλθειν, διομένους μετανοίας. Καὶ πῶς ἄρα βέλυσμαί τοῦτους, δὲ οὐδ' ἐλθῆνθα; Φησὶ δὲ ὁ (96) Χρυσόστομος, τὸν Χριστὸν τοῦτο κατ' εἰρωνείαν εἰπεῖν, ὅτι Οὐκ ἤλθον καλέσαι δικαίους, οἳ οἱ ἔτε ὅμαίς, οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοῦς.

*Τότε — νηστεύουσιν;* Ὁμοίως καὶ τοῦτο Μάρκος καὶ Λουκᾶς, τοὺς Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι πρῶτον μὲν ἔπεινοι τοῦτο εἰπὼν, εἶτα παρώρμησαν καὶ τοὺς τοῦ Βαπτιστοῦ μαθητὰς, ὡς διακαιμένους καὶ αὐτοὺς πρὸς τὸν Χριστὸν ζηλοτύπως. Καὶ ἐπεὶ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπιστομισθήσαν, μετέστησαν τὴν μέμφιν ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ προσελθόντες ἐνεκέλευον κατ' αὐτῶν. Ὁ δὲ ἔλεγον, τοιοῦτον ἦν· ὅτι, Ἐὶ καὶ σὺ, ὡς ἰατρὸς, ταῦτα ποιεῖς, διατί οὐκ ἐπιτάττεις τοῖς μαθηταῖς σου νηστεύειν, καὶ μὴ τρυφᾶν; Ἐαυτοῦς δὲ πρῶτον ἐπεινοῦσι, κομπάζοντες, ὅτι Νηστεύομεν πολλά. Καὶ γὰρ ἐνήστευον, οἱ μὲν, παρὰ Ἰωάννου τοῦτο μαθόντες, οἱ δὲ, παρὰ τοῦ νόμου. Εἶτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ διατύρουσι. Καὶ ὅρα τὴν ἐπιεικειαν τοῦ Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἤλεγξεν αὐτοὺς ἀλαζόνας, ἀλλὰ διὰ παραβολῆς αὐτοῖς ἀπειλογήσατο μετ' ἁπαρότητος.

*Καὶ εἶπεν — νυμφίος;* Ἄνω μὲν ἰατρὸν ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ἐνταῦθα δὲ νυμφίον. Καὶ εἰκότως. Ἰατρὸν μὲν, ὡς καθαιρόντα τὰς νοσοῦσας ψυχὰς· νυμφίον δὲ, ὡς μνηστευόμενον ταύτας παρθενεοῦσας. Υἱὸς δὲ τοῦ νυμφῶνος λέγει τοὺς οἰκίους τῆς νυμφεύσεως. Ταῦτα δὲ εἶρηκεν, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῶν βημάτων τοῦ Ἰωάννου, φήσαντος, ὅτι Ὁ ἔχω τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἐσθηκῶς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει, διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου.

Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τῶν βητῶν τοιούτος· ὅτι Παρεγενόμεν ἔπὶ τῷ νυμφεύσασθαι καὶ συνάψαι ἑμαυτῷ

<sup>83</sup> Osee vi, 6. <sup>84</sup> Marc. ii, 18; Luc. v, 33. <sup>85</sup> Joan. iii, 29.

#### Varis lectiones et notæ.

(95) ἐν, omittit A.

(96) Tom. VII, pag. 351 A.

(85) Filios autem thalami dicit, aptos ad desponsationem. Νυμφίον est locus, domus, ubi nuptiæ celebrantur. Νυμφεύσις est desponsatio. Sed οἰκέτο;

ambiguum est in Græco. Notat enim et domesticum, seu familiarem, deinde etiam aptum et idoneum. Eodem modo erratum est infra mox.

διὰ πίστεως τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν · ὁ δὲ καιρὸς οὗτος τῆς νυμφεύσεως οὐκ ἔστι πένθους καιρὸς, ἀλλὰ χαρᾶς · καὶ λοιπὸν οὐ δύνανται νηστεύειν οἱ οἰκεῖοι αὐτῆς · θλιθερὸν γὰρ τὸ νηστεύειν τοῖς ἀτελῶς ἔτι διακαίμενοις · τούτους δὲ χρὴ χαίρειν, ἕως οὗ εἰμι μετ' αὐτῶν, συνόντας μοι, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούοντας.

**Ἐλεύσονται — νηστεύσουσιν.** Ἐνταῦθα παρεδύλωσεν, ὅτι ἀναρεθῆσεται μὲν αὐτὸς, αὐτοὶ δὲ μετὰ τοῦτο πολλὰ καὶ νηστεύσουσι, καὶ κακοπαθήσουσιν.

**Οὐδεὶς — παλαιῶ.** Δείξει θέλων, ὅτι ὡς ἀσθενέειν ἔτι τοῖς μαθηταῖς οὐκ ἐπιφορτίζει τὸ βᾶρος τῆς νηστείας, διὰ παραβολῆς τοῦτο δείκνυσι, λέγων · Οὐδεὶς ἰώμενος ἱματίου παλαιοῦ σαθρότητα, ἐπιβράπτει τεμάχιον βάρους ἀγνάφου, τουτέστι καινοῦ, ἐπὶ μέρει παλαιῶ. Ἐἴτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν.

**Αἶρει — γίνεται.** Τὸ γὰρ πλήρωμα αὐτοῦ, τουτέστιν ἡ ὁλότης τοῦ ἀγνάφου βάρους, ἰσχυρὰ καὶ βαρεῖα οὖσα, αἶρει καὶ κατασπᾶ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ἱματίου, σαθοῦ τυγχάνοντος, ὅσον ἂν ἐπιλάβῃ καὶ γίνεται μείζον σχίσμα. Λοιπὸν οὖν, οὐδὲ ἐγὼ νῦν, ἰώμενος τὴν σαθρότητα τῶν μαθητῶν, ἐπιβάλλω ταύτῃ ἰσχυρότητα καὶ βᾶρος νηστείας, ἵνα μὴ πλείον σαθρωθῇ, μὴ δυναμένη βαστάζειν τὸ ἐπιβληθέν · ἀλλὰ συγκαταβαίω τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, μέχρις ἂν διὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἀνακαινισθῶσιν.

**Οὐδὲ — παλαιούς.** Καὶ ἑτέραν λαμβάνει παραβολὴν, οἶνον νέον λέγων, τὴν ἀσθηρίαν καὶ σφοδρότητα τῶν ἐντολῶν · οἶνον μὲν, ὡς εὐφραίνουσαν τὰς τῶν τελείων ψυχὰς · νέον δὲ, ὡς ἀσυνήθη τοῖς ἀγυμνάστοις. Καὶ πάλιν, ἀσκούς παλαιούς ὀνομάζων, τοὺς μαθητάς · ἀσκούς μὲν, ὡς χωροῦντας; διδασκαλίαν · παλαιούς δὲ, ὡς ἀσθενεῖς.

**Εἰ δὲ μή γε — ἀπολοῦνται.** Ῥήγγνυται οἱ ἄσκολοι, εἴτουν παραλύονται, μὴ δυνάμενοι φέρειν τὴν ἰσχύον τοῦ νέου οἴνου · καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, μὴ κατασχεθεὶς, καὶ οἱ ἄσκολοὶ ἀπολοῦνται, ἀχρηστοὶ τοῦ λοιποῦ γενομένοι.

**Ἄλλα — συντηροῦνται.** Χρὴ γὰρ τὸν ἄριστον οἰκονόμον διακρίνειν καὶ τὴν φύσιν τοῦ οἴνου, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀσκῶν, καὶ τὸν καιρὸν. Νῦν γὰρ ἔτι παλαιοὶ εἰσιν οἱ μαθηταί, μήπω ἀνακαινισθέντες. Καὶ ἄλλαχού δὲ πρὸς αὐτοῦ; εἶπε · Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Ἄμφοτεροὶ δὲ, φησὶ, συντηροῦνται, ὁ οἶνος δηλαδὴ, καὶ ὁ ἀσκός, ὁ μὲν βατταζόμενος, ὁ δὲ βαστάζων.

ΚΕΦ. ΙΕ'. Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου.

Ταῦτα — ζήσεται. [ Ἡ (97) τοῦ Ἰαίρου θυγάτηρ

<sup>60</sup> Joan. xvi, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Codex uterque inclusa habet in margine. Hentenius non agnoscit.

A et conjugam, et hoc tempus est nuptiarum; non ergo tempus est luctus, sed gaudii. Itaque non possunt jejunare familiares ac propinqui sponsæ; nam jejunare tribulationis est, et his congruit, qui imperfecto modo adhuc affecti sunt. His vero gaudere oportet, quandiu cum eis sum, quandiu mecum versantur, et vocem meam audiunt.

Vers. 15. *Venient — jejnabunt.* Hic significavit se occidendum, illos autem postmodum frequenter jejunaturos, ac multa mala passuros.

Vers. 16. *Nemo — veteri.* Volens ostendere, quod tanquam adhuc imbecilles discipulos non oneret pondere jejunii, per parabolam hoc significat dicens: Nullus resarciens detritam vestem veterem, assuit fragmentum panni rudis, hoc est novi, in parte veteri. Deinde addit et causam.

Vers. 16. *Aufert — fit.* Supplementum sive plenitudo ejus, id est integritas panni rudis, cum sit fortis et dura, tollit ac detrahit a veste, quæ detrita erat, quantumcunque acciperit, et major ruptura fit. Itaque neque ego nunc vetustati ac debilitati discipulorum immitto duritiem ac robur jejunii, ne amplius deterantur, non potentes ferre quod immissum est, sed condescendo imbecillitati eorum, donec per Spiritum sanctum renoventur.

Vers. 17. *Neque — veteres.* Aliam quoque accipit similitudinem, vinum novum vocans austeritatem ac vehementiam præceptorum; vinum quidem, quod ketificet perfectorum animas, novum autem, quod assueta non sit inexercitatis. Præterea utres veteres dicit discipulos: utres quidem tanquam disciplinæ capaces, veteres vero quasi imbecilles.

Vers. 17. *Alioqui — pereunt.* Rumpuntur utres sive dissolvuntur, cum ferre non possint vini novi fortitudinem, vinumque non retentum effunditur, ac utres pereunt, facti in posterum inutilis.

Vers. 17. *Sed — conservantur.* Optimum enim œconomum dijudicare oportet vini naturam, et utrius fortitudinem ac vetustatem. Nunc siquidem veteres sunt discipuli, quod ad fortitudinem utrius ac vetustatem spectat, nondum videlicet renovati. Propter quod etiam alio loco dixit eis: *Multa habeo, quæ vobis dicam, sed nunc portare non potestis* <sup>60</sup>. Utraque, inquit, conservantur, vinum videlicet et utres, illud quidem retentum, hi autem retinentes.

CAP. XV. De filia archisynagogi.

Vers. 18. *Hæc — vivet.* †† Jairi filia significat

cujuslibet mentem, quod nec praecepta legis, nec A mandata divina facit, mortuam.

Hic princeps erat Synagogae Judaeorum, Jairus appellatus, ut dicunt Marcus et Lucas<sup>87</sup>. Reliquerat autem filiam suam jamjam morituram (11). Nam Marcus eum dixisse commemorat: *Filiola mea in extremis est*<sup>88</sup>. Lucas vero, quod etiam moriebatur<sup>89</sup>. Itaque, *Modo defuncta est*, dixit conjectando. Suspicabatur enim quod tunc jam omnino mortua esset. Verisimile est autem primum dixisse eum: *In extremis est*, deinde, *Modo defuncta est*, sive jam exspiravit. Duo autem petebat ut veniret, et manum imponeret, utpote crassius affectus,

Vers. 19. *Et — ejus*. Marcus et Lucas dicunt<sup>90</sup>, B quod etiam turba multa sequebatur. Plures siquidem eorum carnaliter viventes, non tantum animae utilitatem concupiscebant, quantum carnis sive corporis sanitatem.

CAP. XVI. *De muliere sanguinis profusio laborante*.

Vers. 20. *Et — ejus*. De presenti capite latius et planius scripsit Lucas<sup>91</sup>; quare ergo apud illum enarrationem vicesimi sexti capituli. Κράσπεδον, simbria, est vestis extrema pars, quae pedes contegit et ambulando terram attingit.

Vers. 21. *Dicebat — salva ero*. Magnam habebat fidem; credebatur enim, quod ubi solam vestimenti simbriam tetigisset, salva fieret, id est, sanaretur. Hanc tamen imperfectam habebat: putabat namque latere illum, qui occultos quoque animi motus intuetur.

Vers. 22. *Jesus autem — te salvam fecit*. Mathaeus, tanquam brevitatis amator, quae in medio contigerunt praetermisit, miraculum solum manifestans; Lucas vero omnia accurate proposuit. In dicto ergo capite invenies.

Vers. 22. *Et — illa hora*. Salva facta est, hoc est, curata. Lucas siquidem dixit, *sanata*<sup>92</sup>. Ex hora, inquam, non qua dixit ei Jesus: Bono animo esto, filia, sed qua simbriam tetigit, sicut Marcus et Lucas scripserunt<sup>93</sup>.

Vers. 23. *Cumque — Vers. 24. eum*. Moris enim erat in hujusmodi calamitatibus tibicines inducere, qui lamentationes excitarent. Hoc autem caput latius scripsit Marcus<sup>94</sup>. Quare ergo expositionem tertii decimi capituli apud eum.

Vers. 25. *Et cum — Vers. 26. illam*. De his omnibus in praedicto tertio decimo capite nullo praetermisso invenies.

<sup>87</sup> Marc. v, 22; Luc. viii, 41. <sup>88</sup> Marc. v, 23. <sup>89</sup> Luc. viii, 43 seqq. <sup>90</sup> Luc. viii, 47. <sup>91</sup> Marc. v, 29; Luc. viii, 44. <sup>92</sup> Marc. v, 35 seqq.

αίνισκεται την έκάστου ψυχην, αποθανούσαν τη άπραξι των νομικων έντολων, και τη άνεναργησι των θελων προσταγματων.]

Ούτος άρχων ην της Συναγωγης των Ιουδαίων, 'Ιάϊρος ονομαζόμενος, ως λέγουσι Μάρκος και Λουκάς. 'Εμπνίουσαν δε την έαυτου θυγατέρα κατέλιπε. Καί γάρ Μάρκος μέν φησι, τούτον ειπειν, ότι Τό θυγάτηρόν μου έχάτως έχει· Λουκάς δε, ότι και αυτή απέθνηκεν. "Όστε τδ, "Άρτι τέθνηκε, στοχαζόμενος ειπεν· όπείλαβε γάρ, ότι μέχρι τότε πάντως άν απέθανεν. Εϊκόσ δε, πρώτον μέν ειπειν, ότι 'Εσχάτως έχει· ειτα, ότι "Άρτι τέθνηκεν, ειπουν, έως άρτι. Δύο δε ίζητησεν, ήλθειν τε και επιθειναι την χειρα, παχύτερον διακείμενος.

Και — αυτού. Μάρκος δε και Λουκάς φασιν, ότι και όχλος πολύς ήκολούθησε. Καί γάρ οι κλείους αυτών σωματικώτερον ζώντες, ούχ ούτω ψυχής ώφέλειαν, ως σώματος ίατρειζην επεδύμουν ιδειν.

ΚΕΦ. ΙΓ'. *Περί της αιμερροούσης.*

Και — αυτού. Περί του παρόντος κεφαλαίου πλατύτερον και φανερώτερον ήγραψεν ό Λουκάς, και ζήτησον παρ' εκίνω την εξήγησιν του εικοστού εκτου κεφαλαίου. Κράσπεδον δε ίστι τδ άκρον του ιματίου, δ παρὰ τοις ποσιν ειλούμενον επάπτεται της γής εν τῷ βαδίζειν.

"Ελεγε — σωθήσομαι. Πολλήν μέν ειχε πίστιν. C "Επίστευε γάρ, ότι μόνον άφαμένη του κρασπέδου του ιματίου αυτού σωθήσεται, τουτίστιν, ύγιανει. Πλήν άτελή ταύτην ειχεν. "Ψατε γάρ λαθειν αυτόν, δε βλέπει και τδ άφανή κινήματα της ψυχής.

'Ο δε 'Ιησους — σέσωκά σε. 'Ός φιλοσύντομος ό Μαθαίος, τδ εν μέσω παρεδραμε, μόνον άπαγγελίας τδ θαύμα· ό δε Λουκάς άπαντα παρέθηκε δι' άκριθειαν, και εόρησει· ταύτα εν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίω.

Και — ώρας έκείνης. "Επίθη, άντι του; ύγιανεν. 'Ιδθη γάρ ειπεν ό Λουκάς. "Από της ώρας δε, ούκ άφ' ης ό Χριστός ειπεν αυτή τδ· θάρσει, θυγατερ, άλλ' άφ' ης ήφατο του κρασπέδου, καθώς Μάρκος; τε και Λουκάς ιστορήσαν.

D Και — αυτού. "Εθος γάρ ην εν ταίς τοιαύταις συμφοραις· αλήτδς εισάγειν, θοήνον ήγειροντας. Τούτο δε τδ κεφάλαιον πλατύτερον ό Μάρκος άνήγραψε, και ζήτησον παρ' αυτώ την εξήγησιν του τρισκαιδεκάτου κεφαλαίου.

"Ότε δε — έκείνην. Περί τούτων πάντων εόρησεις άπαραλείπτως εν τῷ βηθέντι τρισκαιδεκάτῳ κεφαλαίω.

Variae lectiones et notae.

(11) *Jamjam morituram*. Nescio an legerit *εμπνίουσαν*. Sed *εμπνίουσαν*, *adhuc spirantem*, hic etiam locum habet.

## ΚΕΦ. ΙΖ'. Περὶ τῶν δύο τυφλῶν.

A

Καὶ — Δαυὶδ. Μαθόντες, περὶ ὧν θαυματουργεῖ, καὶ πιστεύσαντες αὐτὸν εἶναι τὸν προσδοκώμενον Χριστόν, περὶ οὗ πολλάκις ἤκουσαν, ἔρχονται καὶ ἀκολουθοῦσι κράζοντες· Ἐλέησον, ἤγουν, Ἰσραὴ. Ἰδὼν δὲ τοῦ Δαυὶδ τοῦτον λέγουσιν, ὡς ἀκηκοότες ὁμοίως ἐκ γένους Δαυὶδ ἀναβλαστήσειν αὐτόν. Εἰς τιμὴν δὲ αὐτοῦ τοῦτο κράζουσιν. Ἐντιμοτάτη γὰρ παρ' Ἰουδαίοις ἦν ἡ τοιαύτη προσηγορία· καὶ γὰρ οἱ μὲν πάντα δύναται, ἐπίστευον· οἱ δὲ καὶ θεός ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἀπληροφόρητος. Διὸ καὶ ἀνθρωποκρεπῶς αὐτὸν ἐτίμων, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί.

Ἐλόθηναι — τυφλοί. Παρελκυσεν αὐτοῦ; ἄ. ρι τῆς οἰκίας, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς μεμψιμοίροις ἐπιτηδῶντα θαυματουργεῖν, ὡς φιλόδοξος. Πάντα γὰρ ὁ σαφῶς (98) οἰκονομεῖ, περιαιρῶν πᾶσαν ἀφορμὴν μέμφεως. Εἰκόσ, δὲ, πιστοῦ τινος εἶναι τὴν οἰκίαν, εἰς ἣν κατήχθη.

Καὶ — ποιῆσαι; Δηλαδή, ὁ αἰτεῖσθε. Ἐγίνωσκε μὲν γὰρ, ὅτι πιστεύουσιν, ὅτι δύναται· πῶς γὰρ ἂν ἀκολουθοῦντες παρεκάλουν; Ἐρωτᾷ δὲ ὁμοίως, ἵνα ἐκπερωθῇ καὶ τούτων ἡ πίστις, καὶ ἄλλοι μὲν διὰ τούτων καὶ ἕτεροι. Τὰ θαύματα γὰρ οὐ μόνον διὰ τοῦ θεραπευομένου, ἀλλὰ καὶ μάλιστα διὰ τοῦ ὁρῶντος καὶ τοῦ ἀκούοντος εἰργάζετο.

Ἀέγουσιν — Κύριε. Οὐκ εἶτι τοῦτον υἱὸν τοῦ Δαυὶδ, ἀλλὰ Δεσπότην ἀνακηρύττουσιν, ὑπὸ τῆς ἐρωτήσεως αὐτοῦ περὶ τῶν εἰς ἔσχατα πιστεῶν. C

Ἐχαρίστησε δὲ νῦν μὲν πρὸ τοῦ ἄρτου, μετ- τοῦτο δὲ καὶ πρὸ τοῦ ποτηρίου, διδάσκων, ὅτι εὐ- χαριστεῖν δεῖ πρὸ τοῦ τοιούτου μυστηρίου, τελου- μένου πρὸς εὐεργεσίαν τῆς ἡμῶν φύσεως. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ τυπικοῦ ἄμου θυσία καὶ ἀλοθρεύσεως ἀπαλλε- γήν, καὶ δουλείας ἐλευθερίαν τοῖς Ἑβραίοις ἔχαρ- σατο, πολλῶ μᾶλλον ἡ τοῦ ἀληθινοῦ τοῖς Χριστιανοῖ ἅμα δὲ καὶ δεικνύων, ὅτι ἐκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχ- ται, καὶ προσέτι παιδιῶν ἡμᾶς, εὐχαριστεῖν ἔ- οἰς πάσχομεν.

Ὅσπερ δὲ οἱ ζωγράφου ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πίνακος κί- τὰς γραμμὰς ὑποτιθέασιν (13) καὶ σκιαγραφῶσιν, καὶ τὰ χρώματα ἐπιβάλλουσι καὶ μορφῶσιν ὅσα

(10) Οὐκ habet cod. A ante ἐβλάθησαν.

(11) Unde hic et supra ad versum 20, ἀναστὰς ; Nam in contextu Joannis uterque codex Euthymii habet ἐγείρεται : scilicet ex Chrysostomo. Ita enim, hunc locum interpretans, laudat, tom. VIII, p. 414,

D consentientibus etiam codicibus Mosquensibus Chrysostomi.

(12) Μοῦ, omittit B.

(13) Cod. A fluctuat inter ἐπιτιθέασιν, ἀπει- θέασιν, et quod nihili est, εὐπιτιθέασιν.

#### Variae lectiones et notæ.

καὶ ὁ Χριστὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς τραπέζης καὶ τὸ τυπικόν καὶ σκιῶδες Πάσχα ὑπέγραψε, καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τέλειον προέθηκε (14). Καὶ ἐπείπερ ἡ σφαγὴ τοῦ νομικοῦ ἄμνου τὴν σφαγὴν τοῦ λογικοῦ ἄμνου προεμήνυεν, ἔδει πάντως (15) τὴν σκιάν ἀφανισθῆναι, φανέντος τοῦ ἡλίου, καὶ τὸν τύπον ὑποχωρῆσαι, τῆς ἀληθείας ἐλθούσης.

[Ἐπὶ (16) τούτων μεταλήψεις μὲν λέγεται, διότι μεταλαμβάνομεν αὐτῶν· κοινωνία δὲ, διότι κοινωνοῦμεν καὶ τῷ Χριστῷ καὶ ἀλλήλοις δι' αὐτῶν, καὶ σύσσωμοι γινόμεθα (17) Χριστοῦ καὶ μέλη ἀλλήλων. Οὕτε δὲ φθείρονται, οὕτε εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦσιν, ἀλλ' εἰς σύστασιν ἀναλίσκονται οὐσιώδη τῶν μεταλαμβανόντων. Καὶ ὡσπερ οὐχ ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ μεταλαμβάνοντος γίνονται, οὕτως οὐδὲ πάλιν ἕτερον σῶμα καὶ αἷμα παρὰ τὸ τοῦ Δεσπότη τοῦτο (18) φαμεν· *Τοῦτο γάρ, φησι, ἔστι τὸ σῶμά μου.* [Καὶ (19) αὖθις· *Τοῦτο γάρ ἔστι τὸ αἷμά μου.*] Ὑπερφύης δὲ ὁ λόγος. Εἰ δὲ καὶ ὁ μέγας Βασιλεὺς ἀντίτυπα ταῦτα εἶπε, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἀγιοσθῆναι, καὶ πρὸ τοῦ τὴν χάριν λαβεῖν. Ὅρα δὲ, πῶς ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γινόμεθα. Κατὰ φύσιν μὲν γάρ, ἡ τοῦ προκειμένου ἄρτου καὶ οἴνου βρωσὶς καὶ πόσις· ὑπὲρ φύσιν δὲ, ἡ τούτων ἐνεργεία τε καὶ δύναμις. Ἐνίψε δὲ πρῶτον τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, εἶτα τούτοις τοῦ μυστηρίου τούτου μετέδωκεν, ἵνα μάθωμεν, ὅτι χρὴ πρῶτον καθαίρεσθαι, εἶτα μεταλαμβάνειν.

Ἄνθρακx (20) εἶδεν Ἰσαΐας· ἄνθραξ δὲ, οὐ ζῶν ἔστιν ἄπλιός, ἀλλὰ πεπυρακτωμένον· φωτίζει μὲν τοὺς ἀξίους, [φλέγει (21) δὲ τοὺς ἀναξίους,] κατὰ τὴν διπλὴν τοῦ πυρὸς ἐνεργείαν· φλέγει δὲ, τῷ κολάζειν καὶ συντήκειν.

*Καὶ λαβῶν — Διαθήκης.* Τῆς καινῆς Διαθήκης, ἦτοι τῆς νέας νομοθεσίας. Τὸ μὲν γάρ αἷμα τοῦ νομικοῦ ἄμνου, τῆς παλαιᾶς ἦν Διαθήκης· τὸ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ Ἄμνου, τῆς νέας ἔστιν.

[Ἡ (22) τοῦτο εἶπε διὰ τὸ αἷμα τὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης. Ἐν τῇ Ἐξόδῳ γὰρ μοσχάρια θύσας Μωϋσῆς, τὸ ἥμισυ τοῦ αἵματος ἐπέχεεν εἰς (23) κρατῆρα, καὶ λαβῶν τὸ βιβλίον τῆς Διαθήκης, ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ· καὶ εἶπαν· *Πάντα ὅσα ἐλάλησας Κύριος ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα.* λαβῶν δὲ Μωϋσῆς τὸ αἷμα, κατεσκεύασε τοῦ λαοῦ, καὶ εἶπεν· *Ἴδού τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο Κύριος πρὸς ὑμᾶς περὶ πάντων τῶν λόγων τούτων.* Ἦν οὖν ἐκεῖνο

<sup>14</sup> Isa. vi, 6. <sup>22</sup> Exod. xxiv, 6, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(14) Προσέθηκε, Cod. A.

(15) Πάντων, Cod. A.

(16) Inclusa in margine habent A, B.

(17) Γενόμεθα, Cod. A.

(18) Τοῦτο, post Δεσπότη abest Cod. A.

(19) Inclusa omittit Cod. A.

(20) Aliud scholium incipit a vocabulo ἄνθρακx, diversum a priori in Cod. A. Id autem superioribus

A eadem mensa et figurativum ac umbratile Pasch<sup>a</sup> subscripsit, et verum ac perfectum apposuit (bb). Et quia cædes agni legalis cædem rationalis Agni præfigurabat, oportebat omnino umbram evanescere, apprente sole, et figuram cedere, adveniente veritate.

† Dicitur hoc mysterium etiam participatio, quia participamus hæc sacramenta. Dicitur et communicatio, quia communicamus et Christo et nobis invicem per ea : et incorporamur Christo, et membra inter nos invicem efficimur. Non autem corrumpuntur ista, neque in secessum abscedunt, sed in substantiam coassumuntur spiritualem ejus qui participat. Et sicut non aliud corpus et sanguis sunt a corpore et sanguine ejus qui participat ; ita rursum neque aliud corpus et sanguinem dicimus a corpore et sanguine Domini : *Hoc enim est corpus meum*, inquit. Et rursus : *Hic est enim sanguis meus*. Est autem supernaturale verbum. Et quanquam Magnus Basilius exemplaria hæc esse dixit : hoc tamen est priusquam sanctificentur et gratiam accipiant. Vide autem quomodo e naturalibus supernaturalia fiant. Naturalis siquidem cibus est ac potus panis ac vini quæ præponuntur : supernaturalis vero, efficax horum operatio. Primum autem lavit pedes discipulorum, deinde eos mysterii hujus fecit esse participes, ut discamus, quod primum purificari eos oporteat, deinde participare.

† Carbonem vidit Isaias <sup>21</sup> ; carbo autem non est simpliciter lignum, sed lignum ignitum. Illuminat quidem carbo hujus mysterii eos qui digni sunt. indignos vero inflamat, juxta duplicem ignis operationem. Inflamat autem puniendo et absumendo.

Vers. 27. *Et sumpto* — Vers. 28. *Testamenti*. novi Testamenti, sive novæ legislationis. Siquidem sanguis figurativi agni, veteris erat Testamenti ; sanguis autem veri Agni, est novi.

† Vel hoc dixit, propter sanguinem de quo in Veteri Testamento fit sermo. In Exodo enim dicitur quod postquam Moses vitulos immolasset, dimidium sanguinem effudit in craterem, sumptumque Testamenti librum legit audiente populo, et dixerunt : *Omnia quæcumque locutus est Dominus faciemus, et obedientes erimus* <sup>22</sup>. Sumpto autem Moses sanguine aspersit populum, et ait : *Ecce sanguinem testamenti quod pepigit vobiscum Dominus*

jungit B.

(21) Inclusa omittit Cod. A. Hentenius ita reddidit, ac si post μέν legerit, Οὖν ὁ ἄνθραξ τοῦ μυστηρίου τούτου. Certe sine istis nulla est accommodatio ad hunc locum.

(22) Inclusa in calce paginæ habet Cod. A.

(25) Εἰς τὸν κρατῆρα, Cod. A.

(bb) Apposuit. Forte codex interpretis habebat παρέθηκε.

de omnibus his sermonibus<sup>22</sup>. Erat itaque sanguis A  
ille sigillum sive signaculum testamenti, ac testi-  
monium et confirmatio foederis populi.

Vers. 28. *Qui pro multis effunditur*. Ille quidem  
sanguis pro solis effundebatur Hebræis ; hic autem  
pro omnibus hominibus. Multos siquidem hic dicit  
omnes : nam omnes multi sunt. Vel *Multis*, dixit  
comparatione gentis horum Hebræorum ; illis enim  
plures sunt hi, qui ex omnibus liberantur et sal-  
vantur, propter quos Christus mortuus est.

Vers. 28. *In remissionem peccatorum*. Ille siqui-  
dem in salutem tantum primogenitorum effunde-  
batur ; hic autem in remissionem peccatorum om-  
nium hominum. Vide ergo quanto veteribus ma-  
jora sint nova mysteria. Aptissime vero nominavit  
hic *Testamentum* propter appropinquantem mortem ;  
testantur enim qui moriuntur. Itaque sicut *Vetus*  
*Testamentum* hostias et sanguinem habebat : ita  
sane et *Novum*, corpus videlicet et sanguinem Do-  
mini.

Non dixit autem : *Hæc sunt signa corporis mei*  
et sanguinis mei : sed, *Hæc sunt corpus meum et*  
sanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorum  
quæ proponuntur aspicere, sed ad virtutem eorum.  
Quemadmodum enim supernaturaliter assumptam  
carnem deificavit (si ita loqui liceat), ita et hæc ineffa-  
biliter transmutat in ipsum vivificum corpus suum  
et in ipsum pretiosum sanguinem suum, et in gratiam  
ipsorum.

Habent autem similitudinem quamdam, panis ad  
corpus, et vinum ad sanguinem. Nam et panis, et  
corpus terrea sunt : vinum autem et sanguis aerea  
(ce) et calida. Et quemadmodum panis confortat,  
ita et Christi corpus hoc facit, ac magis etiam cor-  
pus et animam sanctificat : et sicut vinum laxifi-  
cat, ita et sanguis Christi hoc facit, et insuper præ-  
sidium efficitur.

Quod si de uno corpore et sanguine omnes fide-  
les participamus, omnes unum sumus per ipsam  
horum mysteriorum participationem : et in Christo  
omnes, et Christus in omnibus. *Qui edit*, inquit,  
*meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet*  
*et ego in illo*<sup>23</sup>. Verbum siquidem per assumptionem  
carni unitum est : hæc rursus caro unitur nobis  
per participationem. Facta autem sanguinis et tes-  
tamenti mentione, rursus mortem suam repræsen-  
tavit, ut hæc facile ab eis susciperetur, frequentis-  
sima mentione efficiens. Nam si hac, licet sæpius  
annuntiata, ad passionis tamen nomen (dd) turba-

<sup>22</sup> Exod. xiv, 8. <sup>23</sup> Joan. vi, 56.

#### Varie lectiones et notæ.

(24) Sex priora vocabula omisit interpres.

(25) Αἷται, pro καλεῖ, Cod. A.

(26) Hunc locum laudat Richardus Simonius ex

(cc) *Aerea*. Ἄτρια καί, non reperi in meis  
Codd.

τὸ αἷμα, παραγίτης τῆς διαθήκης, καὶ μαρτύριον, καὶ  
βεβαίωσις τῆς συνθήκης τοῦ λαοῦ.]

Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυρόμενον. Περί (24) πολ-  
λῶν, ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ πολλῶν. Ἐκείνο μὲν γὰρ τὸ  
αἷμα ὑπὲρ τῶν Ἑβραίων μόνων ἐξεχέτο· τοῦτο δὲ  
ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Πολλοὺς γὰρ τοὺς πάν-  
τας ἐνταῦθα καλεῖ (25). Καὶ γὰρ οἱ πάντες,  
πολλοί. Ἡ πολλῶν εἶπε, πρὸς σύγκρισιν τοῦ τῶν  
Ἑβραίων ἔθνους. Πλείους γὰρ αὐτῶν, οἱ ἐξ ἀπίν-  
των ἐλευθερούμενοι καὶ σωζόμενοι, δι' οὗς ὁ Χριστὸς  
ἀπέθανεν.

Εἰς ἄρτους ἁμαρτιῶν. Ἐκείνο μὲν γὰρ εἰς σω-  
τηρίαν τῶν πρωτοτόκων μόνων ἐξεχέτο· τοῦτο δὲ,  
εἰς ἄρσιν ἁμαρτιῶν τῶν πίντων ἀνθρώπων. Ὅρα,  
πόσον εἰσι μεζίζονα τῶν παλαιῶν τὰ νέα μυστήρια,  
Προσφύεστατα δὲ νῦν Διαθήκην ὠνόμασε, διὰ τὴν  
προσεγγίζοντα θάνατον. Διειθέονται γὰρ οἱ ἀποθνή-  
σκοντες. Ὅσπερ οὖν ἡ Παλαιὰ Διαθήκη θύματα καὶ  
αἷματα εἶχεν· οὕτως ἄρα καὶ ἡ Καινὴ, τὸ σῶμα  
καὶ τὸ αἷμα τοῦ Δεσπότου.

Οὐκ (26) εἶπε δὲ, ὅτι Ταῦτά εἰσι σύμβολα τοῦ σώ-  
ματός μου καὶ τοῦ αἱματός μου· ἀλλ', ὅτι Ταῦτά  
εἰσιν αὐτὸ τὸ σῶμά μου, καὶ αὐτὸ τὸ αἷμά μου.  
Λοιπὸν οὖν, χρῆ μὴ πρὸς τὴν φύσιν τῶν προκειμέ-  
νων ἔρξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῶν. Ὅσπερ  
γὰρ ὑπερφυῶς ἐθέωσε τὴν προσληθθεῖσαν σάρκα·  
οὕτως ἀπορρήτως μεταποιεῖ καὶ ταῦτα εἰς αὐτὸ τὸ  
ζωοποιῶν αὐτοῦ σῶμα, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ τίμιον αὐτοῦ  
αἷμα, καὶ εἰς τὴν χάριν αὐτῶν.

Ἐχρῶσι δὲ τινα καὶ ὁ ἄρτος πρὸς τὸ σῶμα, καὶ  
ὁ οἶνος πρὸς τὸ αἷμα ἐμφέρειαν. Καὶ ὁ ἄρτος γὰρ  
καὶ τὸ σῶμα, γεώδη, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ αἷμα, θερ-  
μαντικά. Καὶ ὡσπερ ὁ ἄρτος στηρίζει, οὕτω καὶ  
τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τοῦτό τε ποιεῖ, καὶ πλείον,  
ἀγιάζει καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν. Καὶ ὡσπερ ὁ οἶνος  
εὐφραίνει, οὕτω καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ τοῦτό τε  
ποιεῖ, καὶ πλείον, γίνεται φυλακτήριον.

Εἰ δ' ἐνδὲς σώματος καὶ αἵματος οἱ πάντες πιστοὶ  
μεταλαμβάνομεν, οἱ πάντες ἐν ἑσμεν, διὰ τῆς αὐτῆς  
τῶν αὐτῶν μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ ἐν Χριστῷ  
πάντες, καὶ ὁ Χριστὸς ἐν πάντιν. Ὁ τρώγων μου  
γὰρ, φησὶ, τὴν σάρκα, καὶ πίπων μου τὸ αἷμα, ἐν  
ἐμοὶ μένει, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτῷ. Ὁ μὲν γὰρ λόγος ἠνώ-  
θη τῇ σαρκί, διὰ τῆς προσλήψεως· αὕτη δὲ πάλιν  
ἐνοῦται ἡμῖν, διὰ τῆς μεταλήψεως. Αἷματος δὲ καὶ  
διαθήκης μνημονεύσας, τὸν θάνατον αὐτοῦ πάλιν  
ἐνέφηνε, τῇ πυκνότητι τῆς μνήμης εὐπαράδεκτον  
αὐτοῖς τοῦτον καθιστῶν. Εἰ γὰρ, καὶ πολλάκις τού-  
του προκαταγγελοῦντο, ὁμοῦ παρ' αὐτὸ τὸ πάθος

codicibus Parisinis in *De commentatoribus N. Teu*,  
p: 84.

(dd) *Ad passionis tamen nomen*. Ipso tamen pas-  
sionis tempore.

ἐθοροήθησαν, τί οὐκ ἂν ἔκαθον, μηδὲν προμα-  
θόντες ;

Λουκᾶς δὲ λέγει καὶ τοῦτο εἰπεῖν τότε τὸν Κύ-  
ριον, ὅτι *Τούτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*  
τοῦτο, φησί, τὸ καινὸν μυστήριον, καὶ μὴ ἐκεῖνο,  
τὸ παλαιόν. Ἐκεῖνο μὲν γάρ, τὸ θυσιασμα, εἰς ἀνά-  
μνησιν ἐγίνετο τῆς ἐν Αἰγύπτῳ σωτηρίας τῶν  
Ἑβραϊκῶν πρωτοτόκων, καὶ τῆς τῶν Ἑβραίων  
ἐλευθερίας; τοῦτο δὲ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Δασπότηου.  
Διὰ τῆς τοιαύτης γὰρ θυσίας ἀναμιμνησκόμεθα,  
ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ παρέδωκεν εἰς θάνατον ὑπὲρ  
ἡμῶν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξέχεε, καὶ τῇ συνεχείᾳ  
τῆν μνήμην ἀνανεοῦμεθα.

Εἶδες, πῶς μετέθηκε τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τῆς  
παλαιᾶς θυσίας ἐπὶ τὴν καινὴν. Ποία γὰρ εἰκόνας  
ἔτι χρεῖαι, τοὺς ἤδη τὸ πρωτότυπον ἔχουσι; Φησὶ B  
δὲ ὁ Χρυσόστομος (27), ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς πρῶτος  
τότε μετέσχε τοῦ μυστηρίου, ἵνα μὴ ἀηδισθῶσι,  
σαρκὸς καὶ αἵματος μεταλαβεῖν ἐπιτρεπόμενοι· καὶ  
τούτου δὲ τεκμήριον, τὸ εἰπεῖν αὐτόν·

Ἄγω — *Πατὴρ μου*. Εἰ δὲ τοῦ ποτηρίου μετέ-  
σχε, μετέλαβεν ἄρα καὶ τοῦ ἄρτου. Τὸ μὲν οὖν  
ἄρτι, σημαίνει τὸ, ἀπὸ τοῦ νῦν. Ἡμέραν δὲ  
ἐκείνην λέγει τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ και-  
ρὸν, ὅτε ἔφαγε καὶ ἔπιε μετὰ τῶν μαθητῶν, ὃ καὶ  
αὐτοὶ ποιοῦμενοι τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀπόδειξις,  
ἔλεγον, (28) *Ὅστινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν*  
*αὐτῶ. Καιρὸν ἔκ, ἀντὶ τοῦ, καινῶς καὶ παραδύσεως.*  
Τοῦ σώματος γὰρ ἀθανατισθέντος, καὶ μετέκειτο θεο-  
μένου βρώσεως ἢ πόσεως, ἔφαγε καὶ ἔπιεν, οὐ διὰ  
χρεῖαν, ἀλλὰ διὰ (29) πληροφορίαν, τοῦ μὴ φάσμα  
ἢ καλεῖν. Βασιλείαν δὲ καλεῖ τὴν δοθείσαν αὐτῷ  
ἐξουσίαν, ὡς ἀνθρώπῳ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἐδ-  
δοθη μοι γὰρ, φησὶ, *πάντα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ*  
*ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦ Πατὴρ μου δὲ, τουτέστι, τῇ ὑπὸ τοῦ*  
*Πατὴρ μου δοθείσῃ μοι. Τοῦτο δὲ εἶπε, καὶ διότι*  
*πρὸς αὐτὸν ἀναφέρει πάντα τὰ ταυτοῦ.*

Ὁμοίως δὲ καὶ Μάρκος ἔγραψεν, *Ὅταν αὐτὸ π-  
ρω καιρὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.* Ναὶ μὴν  
καὶ Λουκᾶς, *Ἔως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐλ-  
θῆ*· βασιλείαν καὶ οὗτοι, τὴν δηλωθείσαν, λέγοντες,  
ἐξουσίαν. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἔτι καὶ περὶ τοῦ νομικοῦ  
Πάσχα φησὶν εἰπεῖν τὸν Χριστόν, ὅτι *Ὅ μὴ φάγω ἔξ*  
*αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῆ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ*  
*Θεοῦ, δηλαδή, τῇ κατὰ τὸν αἰῶνα τὴν μέλλοντα. D*  
*Καὶ τότε γὰρ ἐπιτελέσει τὸ Πάσχα τελειότερόν τε καὶ*  
*καθαρώτερον, θύων τὸν ἀπόρρητον λόγον τῆς θεό-*  
*τητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, τῇ μαχαίρᾳ τῆς*  
*διδασκαλίας, καὶ διαιρῶν αὐτὸν καὶ διανέμων τοῖς*  
*ἀξίοις τῆς τοιαύτης μυσταγωγίας.*

Τίς δὲ ἔ, πόσις (30) καὶ ἡ ἀπόλαυσις; Ἡμῶν μὲν,

A bantur : quid non passi fuissent, si hanc primum  
non didicissent ?

Ait autem Lucas hoc quoque dixisse Christum,  
*Hoc facite in mei recordationem* 28 ; hoc, inquit, no-  
vum mysterium, et non illud vetus. Siquidem ve-  
tus illud mysterium in recordationem inductum  
est salutis Hebræorum primogenitorum in Ægypto,  
ac libertatis Hebræorum : hoc autem in recordatio-  
nem Domini. Per tale enim sacrificium reminisci-  
mur, quod corpus suum pro nobis in mortem tradi-  
derit, et sanguinem suum effuderit, ac ita continui-  
tate memoriam renovamus.

Vidisti quo pacto discipulos a veteri sacrificio in  
novum transtulerit ? Nam quæ est deinceps imagi-  
nis utilitas, verum jam exemplar habentibus ? Dicit  
autem Chrysostomus, quod Christus tunc prius  
participavit mysterium, ne molestum eis esset, quod  
carnem et sanguinem participare eos hortaretur ;  
cujus etiam signum erat quia dixit :

Vers. 29. *Dico — Patris mei.* Quod si poculum  
participavit, utique et panem. Posthac vero, id est,  
ab hac hora. Diem autem illum vocat tempus post  
Resurrectionem, quando edit et bibit cum discipu-  
lis : quod etiam ipsi sumentes pro certo Resur-  
rectionis indicio, dicebant, *Qui manducavimus et*  
*bibimus cum eo* 29. Novum vero, id est novo et ad-  
mirando modo. Cum enim corpus haberet immor-  
tale, nec amplius cibo egeret aut potu, comedit  
tamen et bibit : non ob necessitatem, sed ob certit-  
udinem, ne phantasma videretur. Regnum autem  
vocat potestatem datam sibi tanquam homini post  
resurrectionem. *Data est mihi, inquit, omnis pot-  
estas in celo et in terra* 30. Patris tamen mei dicit  
hoc est, quod a Patre mihi datum est. Hoc autem  
dixit, quia ad illum refert omnia quæ sua sunt.

Similiter et Marcus scripsit : *Quando bibam illum*  
*novum in regno Dei* 30. Præterea Lucas : *Donec re-  
gnum Dei veniat* 31 : vocantes hi similiter regnum,  
predictam potestatem. Lucas etiam de legali Pascha  
Christum ait dixisse : *Non edam ex eo donec com-  
pleatur in regno Dei* 32, quod videlicet erit in sæculo  
venturo : tunc enim Pascha perficiet et perfectius  
et purius, immolans ineffabile Verbum divinitatis et  
humanitatis suæ, gladio doctrinæ dissecans illud ac  
dividens his qui sacrorum suorum doctrina digni  
erunt.

Quod autem vel quantum gaudium est, ut nos

28 Luc. xxii, 19. 29 Act. i, 41. 30 Matth. xxviii, 18. 31 Marc. 14, 25. 32 Luc. xx, 18. 33 Ibid. 16.

Varia lectiones et notæ.

(27) Tom. VII, p. 783. B.  
(28) Ὅτι, pro ὅστινες dat Cod. A.  
(29) Διὰ, omittit Cod. A.  
(30) Ποσίτις, pro πόσις, Cod. A. Hentenius vide-

tur legisse : Τίς δὲ καὶ πόση ἡ ἀπόλαυσις, aut  
πόση τις ἡ. Sed ea, quam nos exhibuimus, est usque  
vera lectio. Ita enim ad verbum apud Gregor. Na-  
zianz. p. 258 circa fin.

quidem discamus, ille vero doceat : et una cum A  
eis ipsis ejus discipulis verbum participemus, sicut  
ait Gregorius Theologus. Pulcherrima (ee) est de  
tali Pascha philosophia. Sed de his hactenus.

Nunc autem Lucae verba tractanda sunt ac conci-  
lianda, quatenus possibile fuerit. Ait enim ille Chri-  
stum primo quidem sumpsisse poculum et gratias  
egisse ac dixisse : *Accipite hoc et dividite inter vos*<sup>21</sup> ;  
deinde sumpsisse panem et gratias egisse ac divi-  
sisse<sup>22</sup> ; similiter autem et pocula ipsam ; unde  
videtur de duobus loqui poculis. Non est autem ita,  
sed primum quidem sumpsit poculum et benedixit  
ac dixit : *Accipite hoc et dividite inter vos*. Deinde  
cum addidisset : *Nequaquam bibam de hoc fructu  
vitis donec regnum Dei veniat*, timore mortis suae  
turbavit eos. Ut autem verisimile est, facta con-  
certatione (ff) ac confusione, repositum est poculum.  
Deinde aliquanto post tempore facta sunt quae  
sequuntur, sive panis sive poculi traditio.  
Cum enim dixerit evangelista de pane, quod ubi  
gratias egisset fregit ac dedit eis : deinde subjun-  
xerit, *Similiter et poculum ipsum*<sup>23</sup> : ostendit quod  
illud ipsum fuit poculum quod prius acceperat. Non  
enim simpliciter dixit, Similiter et poculum : sed,  
*Similiter et poculum ipsum*, addito videlicet arti-  
culo, et rem de qua facta est mentio significando.  
Præterea quod subjungitur : *Hoc ipsum poculum  
novum Testamentum est in meo sanguine*, etsi sca-  
broso locutio videatur, nihil tamen differt a dicto  
sermone, quem Matthæus et Marcus scripserunt.  
Illi siquidem dixerunt : *Hic est sanguis meus qui  
est novi Testamenti*, hoc est, qui novum tradit Te-  
stamentum. Illic autem ait : *Hoc ipsum pocu-  
lum novum Testamentum est, quod ego nunc  
testor præcipiens vobis, ut ita faciatis. Hoc autem  
novum Testamentum est in meo sanguine ; velus enim  
Testamentum irrationalis animalis sanguinem  
habebat. Similiter et quod sequitur : Veruntamen  
ecce manus tradentis me mecum est in mensa*<sup>24</sup>,  
simile est illi quod dicitur : *Qui manducat mecum ;  
aut : Qui intinxit mecum manum in catino*. Hoc au-  
tem posuit Lucas post panis et poculi divisionem ;  
Matthæus et Marcus ante illam. Unde apparet, quod  
hoc bis dixerit Christus, et ante mysteriorum tradi-  
tionem quando in catinum intingentes edebant ;  
et post traditionem quando rursus appositus est ca-  
tinus.

Et hoc etiam magnam habet dubitationem : quo

<sup>21</sup> Luc. xx, 17, 19, 20. <sup>22</sup> Luc. xx, 20. <sup>23</sup> Ibid. 21.

#### Variæ lectiones et notæ.

(31) Δέ, omittit cod. A.

(32) Miror sane, in codicibus Græcis N. T., hic  
tantum deprehendi consensus, in loco sane diffi-  
cillimo. Modo autem ad manus est Evangelium  
Gothanum ms., quod versum 17 et 18 omittit. Le-

(ee) Pulcherrima, etc. Qui pulcherrime de hu-  
jusmodi Pascha disscruit, philosophatus est.

τὸ μαθεῖν, ἐκείνου δὲ τὸ διδάξει καὶ κοινώσασθαι  
τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸν λόγον, ὡς ὁ Θεολόγος  
φησὶ Γρηγόριος, κάλλιστα περὶ τοῦ τοιοῦτου Πάσχα  
φιλοσοφῆσας. Ἄλλὰ καὶ περὶ τούτων μὲν εἰς το-  
σοῦτον.

Τὰ δὲ τοῦ Λουκᾶ βῆτά μεταχειριστέον καὶ συμ-  
βιβαστέον, ὡς ὀδὸν τε. Λέγει γὰρ ἐκεῖνος τὸν Χρι-  
στὸν πρῶτον μὲν λαβεῖν ποτήριον, καὶ εὐχαριστή-  
σαι, καὶ εἰπεῖν· *Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε  
ἑαυτοῖς*· εἶτα λαβεῖν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσαι, καὶ  
διανεῖμαι· ὡσαύτως δὲ (31) καὶ τὸ ποτήριον. Καὶ  
δοκεῖ περὶ (32) δύο ποτηρίων λέγειν. Οὐκ ἔστι δὲ  
τοῦτο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἔλαβε ποτήριον, καὶ ἡ-  
χαρίστησε, καὶ εἶπε· *Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσα-  
τε ἑαυτοῖς*. Εἶτα προσθεῖς, ὅτι *Οὐ μὴ πλω ἀπὸ τοῦ  
γεννηήματος τῆς ἀμέλου*, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία  
τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ· τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου αὐτοῦ διε-  
τάραξεν αὐτούς· οἷα δὲ εἰκός, διατριβῆς καὶ συγ-  
χύσεως γενομένης, ἀπέθετο τὸ ποτήριον· εἶτα, και-  
ροῦ τινος διελθόντος, γεγονάσι τὰ ἐξῆς, ἣ τε τοῦ  
ἄρτου καὶ ἡ τοῦ ποτηρίου μετάδοσις. Εἰπὼν γὰρ  
ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ ἄρτου, ὅτι εὐχαριστήσας  
ἐκλάσσε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· εἶτα ἐπαγαγὼν, ὅτι  
ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, εἰδείξεν, ὅτι ἐκείνο τὸ  
ποτήριον, ὃ πρότερον ἔλαβεν. Οὐκ εἶπε γὰρ, ὅτι  
*Ὁσαύτως καὶ τὸ ποτήριον*, ἀλλ', ὅτι *Ὁσαύτως καὶ τὸ  
ποτήριον*· τῇ προσθήκῃ τοῦ ἄρθρου τὸ προεγνω-  
σμένον δηλώσας. Τὸ δὲ, *Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ  
καινὴ Διαθήκη, ἐν τῷ αἵματι μου*, εἰ καὶ δοκεῖ  
δύσφραστον, ἀλλ' οὐδὲν διαφέρει τοῦ λόγου τοῦ βῆ-  
θῆτος ὑπὸ Ματθαίου καὶ Μάρκου. Ἐκεῖνοι μὲν  
γὰρ εἶπον, *Τοῦτο ἔστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς και-  
νῆς Διαθήκης*, τούτῃσι, ὃ ἡ καινὴ Διαθήκη παρα-  
δίδωσιν· οὗτος δὲ φησιν, ὅτι· *Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ  
καινὴ Διαθήκη ἐστίν, ἣν ἐγὼ διατίθειμαι νῦν, ἐντελ-  
λόμενος ὑμῖν οὕτω ποιεῖν. Καινὴ δὲ τοῦτο Διαθήκη  
ἐστίν, ἐν τῷ αἵματι μου· ἡ γὰρ παλαιὰ Διαθήκη  
ἀλόγου ζώου αἷμα εἶχεν ὁμοίως δὲ καὶ τὸ, Πιῆν  
ἰδοῦ, ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος· με, μετ' ἐμοῦ ἐπὶ  
τῆς τραπέζης, ὁμοίον ἔστι τῷ, Ὁ ἐσθίω μετ'  
ἐμοῦ, ἢ τῷ, Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ  
τῆρ χεῖρα. Τέθεικε δὲ τοῦτο Λουκᾶς μὲν μετὰ τὴν  
τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ ἄρτου διανομὴν, Ματθαῖος δὲ  
καὶ Μάρκος πρὸ ταύτης. Καὶ φαίνεται, ὅτι δις εἶ-  
πε τοῦτο ὁ Χριστὸς, πρὸ τε τῆς μεταδόσεως τῶν  
μυστηρίων, ὅτε καὶ ἐν τῷ τρυβλίῳ βάπτοντες  
ἦσθιον, καὶ μετὰ τὴν μετάδοσιν, ὅτε τὸ τρυβλίον  
αἵθις παρετέθη (35).*

Καὶ τοῦτο δὲ πολλῆς ἔξιον ἀπορίας, πῶς. τοῦ

etiò est : Τῆ μεγάλῃ ἐ. πρωτ. Incipit in hoc codice  
fol. 150.

(33) Αἰθις μετετέθη, Cod. A. Codici B accedit  
etiam versio Hentenii.

(ff) Concertatione. Mora.

Ματθαίου φήσαντος ὅτι ὁ Χριστὸς πρὸ τῆς διανομῆς τῶν μυστηρίων ἐφάνησε τὸν προδότην, ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτὸν τὸ *Σὺ εἶπας*, αὐτὸς δὲ Ἰωάννης, μετὰ τὴν διανομὴν, ἀγνοοῦντας Ἰστροεὶ τοὺς μαθητάς, καὶ ἀπορούμενους, ὅτε καὶ αὐτὸν, ὑπὸ Πέτρου παρορμηθέντα, διερωτῆσαι λέγει τὸν διδάσκαλον, καὶ δοθῆναι σημεῖον τῆ βαφὴν φωμίον. Ἀλλ' (34) γὰρ, ὡς ὑστερον τοῦτο γέγονε Ἰωάννης γὰρ, φησὶ, τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξήλθε. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐξηγηταῖς οὐδεμίαν ἐπιστάσιαν ἤξιώθη τὸ παρὸν ζήτημα φιλοπονήσασαι δὲ ἡμῖν, ὃ διεγνώσθη, ῥηθῆσεται, Νενοήκαμεν γὰρ, ὅτι πρὸ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τῶν μαθητῶν κοινῶς ἐρωτησάντων, ὁ Χριστὸς πρῶτον μὲν ἔδωκε γνῶρισμα κοινότερον τὸ, *Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ, καὶ Ὁ ἐμβαπτόμενος*. Καὶ γὰρ πάντες καὶ ἐνέβαψαν καὶ ἐνεδάπτοντο ἔτι (35) εἴτα τοῦ προδότου ἰδικῶς ἐρωτήσαντος, προσέθηκεν ἰδικώτερον τὸ, *Σὺ εἶπας*. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον γνῶρισμα πλεῖον συνεσχίαστο, τὸ δεύτερον δὲ ἔλαττον. Ὅμως δὲ καὶ τοῦτο συνεσχίαστο, διὰ φιλανθρωπίας, ὡς ἂν, ἀπὸ τε τοῦ κοινοτέρου καὶ τοῦ ἰδιωτέρου γνοῦς ὁ (36) Ἰούδας ὅτι οὐ λέληθε, μεταμεληθεῖη πρὸ τοῦ διαγνώσθηναι τοῖς ἄλλοις μαθηταῖς. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, οὐτε ἀπὸ τοῦ πρώτου γνῶρισματος, οὐτε ἀπὸ τοῦ δευτέρου δυνηθέντες νοῆσαι, τίς ὁ προδότης ἐστὶ τὸ γὰρ, *Σὺ εἶπας*, ἀνίγμاتي ἐψέκει οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ προφανοῦς ὠμολόγησεν, ὅτι Ἐγὼ εἰμι, ἀλλὰ κατ' ἐρώτησιν, *Μήτις ἐγὼ εἰμι*; ἠσύχασαν, μήποτε κ.λ (37) προσονειδισθῶσιν, ὡς ἀνόητοι καὶ γὰρ καὶ ἄλλοτε τοῦτο πεπόνθασιν Ἰούδας δὲ, ἀπὸ τοῦ δευτέρου γνῶρισματος συνῆκε μὲν, ὅτι διεγνώσθη τῷ Χριστῷ λογισάμενος δὲ, ὅτι οὕτω τῶς τοῖς μαθηταῖς πεφανέρωται, μὴ νενοήκωσιν ἔτι, τὸν ἀγνοοῦντα προσεποιεῖτο, τῆς τοῦ διδασκάλου καταθάρβων ἀνεξίτητας μετὰ δὲ γε τὴν τῶν μυστηρίων διανομὴν, πάλιν ὁ Σωτὴρ ἐμαρτύρησεν, ἦγουν, διεμαρτύρατο περὶ τῆς προδοσίας, ὡς ὁ Ἰωάννης ἐγραψεν, ἵνα ὁ Ἰούδας, τοσαύτης ἀξιώθεις μακροθυμίας, καὶ μὴ πρόδηλος παραδειγματισθῆς, (38) μηδὲ τῶν μυστηρίων ἀπελαθεῖς, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπίσης τοῖς μαθηταῖς (39) μετασχῶν, γίνηται βελτίων καὶ σωφρονέστερος· εὐθύς δὲ οἱ μαθηταί, μηκέτι δυνηθέντες καρτερεῖν ἐπὶ πλεῖον καὶ γὰρ ἠγωνίων, καὶ ἰδόντων εἰς ἀλόγους, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει αὐτοὶ μὲν καὶ οὕτως οὐκ ἐτόλμησαν τὴν ἐρώτησιν, δι' ἣν εἰρήκαμεν αἰτίαν τῷ Ἰωάννῃ δὲ ταύτην ἐπέτριψεν ὁ Πέτρος, ὡς ἡγαπημένῳ μάλιστα τῷ διδασκάλῳ, καὶ ἀνακειμένῳ τηλικαῦτα ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ· ὃ δὲ μεταστραφείς, καὶ ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ στήθος αὐτοῦ, μετ' εὐλαβείας ἠρώτησεν εἰς τὸ οὗς, καὶ λοιπὸν ὁ Σωτὴρ συνιδὼν, ὅτι ἀνίατος ὁ Ἰούδας μένει, οὐδ'

A modo cum Mattheus dixerit Christum ante traditionem mysteriorum manifestasse proditorem, respondens illi, *Tu dixisti* <sup>34</sup>. Rursus Joannes post mysteriorum traditionem ignorantes scribit discipulus ac hæsitantes : quando et seipsum a Petro inquitatum, interrogasse dicit Praeceptorem, et sibi datum esse signum intinctam ossulam <sup>35</sup>. Manifestum enim est, quod hoc postea factum est. Nam *accepta*, inquit, *ille ossula, exivit continuo* <sup>36</sup>. Cæteris quidem enarratoribus nulla cura digna apparuit præsens quaestio : nos autem quod post multos labores intelleximus, in medium afferemus. Percepimus sane quod ante panem et poculum discipulis pariter interrogantibus, Christus signum delit commune : *Qui intinxit*, inquit, *meum* ; et : *Qui intingitur*. B Siquidem omnes et intinxerant, et adhuc intingebantur. Deinde proditore singulariter interrogante, addidit particularius dicens : *Tu dixisti*. Sed prius quidem indicium magis obumbravit, secundum autem, minus quidem, attamen etiam hoc benignitate obumbravit ; ut Judas cognito tam a communiori signo, quam a particulariori quod non lateret, pœnitentia duceretur antequam cæteris discipulis manifestaretur. Verum hi neque a priori indicio, neque a posteriori intelligere potuerunt quis esset proditor ; illud enim : *Tu dixisti*, ænigmati simile erat. Nec enim manifeste confessus erat : Ego sum, sed per interrogationem : *Numquid ego sum ?* itaque tacuerunt, ne quo modo tanquam insensatis exprobraret Christus : nam et hoc alibi passi C sunt. Judas vero a secundo quidem indicio intellexit, quod a Christo cognitus esset : putans tamen discipulis nondum manifestatum esse, cum illi non intellexissent, ignorantem se finxit, sumpta a clementia præceptoris fiducia. Post divisionem autem mysteriorum rursus Salvator de prodicione testatur sive protestatus est, veluti scripsit Joannes, ut vel sic Judas tantam expertus longanimitatem, nec manifeste traductus, neque mysteriis frustratus, sed æque cum discipulis horum particeps effectus, melior ac mente sanior efficeretur. Statim ergo discipuli, jam ulterius tolerare nequeentes, plurimum enim anxii erant, et ad se invicem respiciebant, hæsitantes de quo diceret ; ipsi quidem interro- D gationem facere ausi non sunt, ob eam quam paulo ante diximus causam : sed hanc Petrus Joanni commisit, tanquam maxime a Praeceptore dilecto, et tunc in ejus sinu recumbenti : at ille conversus, et cum reverentia super pectus ejus recedens, in aurem interrogavit. Et tunc Salvator cognito quod Judas incurabilis permaneret, nec sic quidem publicavit eum, sed respondit et ipse in aurem : *Ille est*,

<sup>34</sup> Matth. xxvi, 25. <sup>35</sup> Joan. xiii, 23, 26. <sup>36</sup> Ibid. 30.

#### Variæ lectiones et notæ.

(34) Ἀλλ' οὐ γὰρ, ὡς. Hæc omittit cod. A.

(35) ἔτι, omittit cod. A. Forte Euthymius etiam

dederat, ἐνεδάπτον, pro ἐνεδάπτοντο.

(36) Ὁ, omittit B.

(37) Καὶ omittit cod. A.

(38) Καὶ μηδὲ, Cod. A.

(39) Τῶν μαθητῶν, Cod. A.

cui ego instinctum panem porrexero, et instinctum panem dat Judæ Simonis Iscariotæ. Sciens ergo Judas quod hoc signum erat, tum a secreta Christi ad Joannem colloquutione, tum quia soli ipsi talis offula data erat : hæc enim alia erat a pane, qui omnibus divisus est. Præterea cum audisset : *Quod facis, fac cistis*, hoc est, Quod cogitatione facis, perficito et opere ; siquidem tempus jam appropinquabat. Quamquam adhuc discipulis ignota erant et quæ de offula erant, utpote soli Joanni secreto dicta. Alius itidem sermo incertus erat ad quid dictus esset. Quidam enim, inquit<sup>17</sup>, putabant quia oculus habebat Judas, quod diceret ei Jesus : *Eme ea quæ ad festum nobis necessaria sunt*, aut pauperibus, ut aliquid daret. Tunc itaque non ferens infamiam, suspicatus est enim, quod omnibus manifestatus esset, et discipulos quoque timens, ne se forsitan abiiit. Hæc autem omnia solus Joannes retulit, utpote ab aliis prætermissa.

τοὺς ἐπιβούλους ἀπήλαθε. Ταῦτα δὲ πάντα μόνος ὁ λοιός.

Illud vero : *Quæ ad festum nobis necessaria sunt*, multis enarratoribus difficultatem ingessit. Diem enim Paschæ jam celebraverant, ut prædictum est ; ergo manifestum est quosdam discipulorum cognovisse quam ob causam Magister prævenerat tempus celebrandi Pascha : quidam vero intentum ejus ignorantes putabant quod ipsum adhuc celebraturus esset in ipsa Parasceve. Aut festum, intelligendum est de festo Azymorum.

Quare vero dicatur Dominus Joannem diligere, et quare in sinu ejus recubuerit, dicetur annuente Domino in enarratione Evangelii secundum Joannem. Quod si Lucas ait in Judam ingressum esse Satanam priusquam loqueretur cum principibus sacerdotum et magistratibus de prodicione<sup>18</sup> ; Joannes vero post acceptam offulam<sup>19</sup>, nulla est contradictio. Primum enim Satanæ experimentum sumebat, miserumque explorabat ; postmodum vero cognito quæ designata erant, jam velut incorrigibilem magna fiducia ingressus est. Nec tamen despiciendo divina mysteria ingressus est : id enim nequaquam fieri potuit, sed quod hunc sciret indignum qui in his versaretur (gg), et quod inde nullam sumpturus esset utilitatem.

Vers. 30. *Et — Olivarum.* Gratias quidem egit

<sup>17</sup> Joan. xiiii, 29. <sup>18</sup> Luc. xii, 3. <sup>19</sup> Joan. xiiii, 27.

#### Varia lectiones et notæ.

(40) Ὅτι omittit B.  
(41) Vide de hoc vocabulo Harpocrat. p. 51, et Aristoph. *Ran.* v. 79 et 753. Priori in loco Aristophanis scholium cod. Mosq. dat δοκιμάσω, ἐκ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων. Ibid. in scholiis editis corrige φοφοδεῖς, pro φοφώδεις. Altero in loco scholia cod. Mosq. habent ἐξηταζόμενοις. Lexicon i. editum : Διακωδωνισθέντες, ἦτοι, διαφημισθέντες.

(gg) *Qui in his versatur.* Qui horum fieret particeps.

Αὐτῶ μὲν ἐθριμῶσευσεν αὐτὸν, ἀπεκρίθη δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὸ εὐδῆ, ὅτι Ἐκείνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάρβαρος τὸ ψωμίον ἐκιδώσω· καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον ἐκιδώσω· Ἰούδας δὲ λαβὼν τὸ ψωμίον, καὶ γνοὺς ὅτι τεκμήριον ἦν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ πρὸς Ἰωάννην κρυφίας κοινολογίας, καὶ ἀπὸ τοῦ μόνου αὐτῶ τοιοῦτον ψωμίον δοθῆναι ἕτερον γὰρ ἦν τοῦτο παρὰ τὸν διαμερισθέντα πᾶσιν ἄρτον· καὶ προσέτι ἀκούσας, ὅτι (40) Ὁ ποιεῖς, ποιήσον τὰ χεῖρα, οὐτέστι, Ὁ τῶ λογισμῶ ποιεῖς, ποιήσον καὶ τῶ ἔργῳ· ἤγγισε γὰρ ὁ καιρὸς· εἰ καὶ ἐτι τοῖς μαθηταῖς καὶ τὰ περὶ τοῦ ψωμίου ἠγγήθητο, πρὸς μόνον βρῆθῆναι κρυφίως τὸν Ἰωάννην, καὶ ὁ λόγος δῆλος ἦν, πρὸς εἰ ἐβρῆθη· τινὲς γὰρ, φησὶν, ἰδοῦμαι, ἐπὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῶ ὁ Ἰησοῦς, Ἄγραπτον ὡν χεῖρας ἔχομεν εἰς τὴν ἔορτην, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῶ· καὶ τοῦτο μὲν, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν αἰσχύνην ὑπέλαθε γὰρ ἦδη πᾶσι φανερωθῆναι· τοῦτο δὲ, καὶ φοβηθεὶς γὰρ ἦδη πᾶσι φανερωθῆναι· τοῦτο δὲ, καὶ φοβηθεὶς γὰρ ἦδη πᾶσι φανερωθῆναι· καὶ διασπαράξωσιν αὐτόν· εὐθέως ἐξῆλθε, καὶ πρὸς Ἰωάννη· ἀπήγγειλεν, ὡς παραλείμενα τοῖς ἑ-

Τὸ δὲ, Ὅν χεῖρας ἔχομεν εἰς τὴν ἔορτην, ἀπορίαν πολλοῖς τῶν ἐξηγητῶν ἐνεποίησε. Τὴν γὰρ τοῦ Πάσχα ἦδη ἐώρασαν, ὡς προείρηται. Δῆλον οὖν, ὅτι τινὲς μὲν τῶν μαθητῶν ἔμαθον τὴν σκοπὴν τοῦ διδασκάλου, καθ' ὃν προεώρατε τὸ Πάσχα· τινὲς δὲ ἀγνοοῦντες, ἰδοῦμαι ὅτι ἐτι τοῦτα ἐορτάσει καὶ κατὰ τὴν Παρασκευὴν ἢ καὶ τὴν τῶν Ἀζύμων ἔορτην ὑποληπτέον

Διατί δὲ λέγεται ἀγαπῆν τὸν Ἰωάννην ὁ Κύριος, καὶ διατί ἀνέκειτο ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, βρῆθησεται Θεοῦ διδόντος ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. Εἰ δὲ Λουκάς μὲν φησὶν, εἰσελθεῖν τὸν Σατανᾶν εἰς Ἰούδαν πρὸς τοῦ συλλαλῆσαι τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ στρατηγοῖς περὶ προδοσίας, Ἰωάννης δὲ, μετὰ τὸ ψωμίον, οὐκ ἐναντιολογοῦσι. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Σατανᾶς ἀπόπειραν ἐποίησεν, καὶ διεκωδώνισεν (41) τὸν ἄθλιον· ὕστερον δὲ γνοὺς ἀφορισθέντα, ὡς ἀδιόρθωτον, θαρβύσας ἐπαπῆδησεν· οὐ τῶν θείων δὲ μυστηρίων καταφρονήσας εἰσεβρῦν· πῶς γὰρ ; ἀλλ' ἀνάξιος αὐτὸν εἰδὼς τῆς τούτων μεταλήψεως, καὶ μὴδὲν ἐντεῦθεν ὠφελημένον.

Καὶ — Ἐλαιῶν. Ἡ χάριστησε μὲν πρὸς τῆς διανο-

μῆς, ὕμνησε δὲ μετὰ τὴν διανομήν, ἵνα καὶ ἡμεῖς A οὕτω ποιῶμεν εὐχαριστοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεόν, τὸν ἀξιοῦντα ἡμᾶς τοιούτων ἀγαθῶν. Ἐξῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, ἵνα μὴ δόξη κρύπτεσθαι, καὶ ἵνα μὴ στάσις ἐν τῇ πόλει γένηται δι' αὐτόν. Τὸ δὲ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν πέραν τοῦ χειμάρρου τῶν Κέδρων ἔν, κατὰ τὴν Ἰωάννου Γραφήν, Ὁποῦ ἦν καὶ κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ἡδοὶ δὲ, φησὶ, καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδούς αὐτόν, τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Δῆλον οὖν, ὅτι τὰ πολλὰ ἔξω διενυκτέρευεν ἐν τοῖς ὄρεσι· τοῦτο μὲν εὐχῆς ἀπερισπάστου χάριν, τοῦτο δὲ καὶ ἵνα κοινωνῇ τοῖς μαθηταῖς λόγων μυστικωτέρων. Πρὸ μάντοι τοῦ ἐξελεῖν εἰς τὸ ὄρος πολλά εἶπεν, ὧν τὰ μὲν ὁ Λουκᾶς, τὰ δὲ ὁ Ἰωάννης ἐστέρησαν.

Τότε λέγει — κοίμην. Σκανδαλισθήσεσθε, ἀντὶ τοῦ, Σαλευθήσεσθε τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν, ἣγουν φεύξεσθε. Τοῦ προφήτου δὲ Ζαχαρίου τὸ ἐξῆς ρητόν. Λέγεται δὲ ὁ Πατὴρ πατάξει τὸν Υἱόν, ὧς παταγήσῃ αὐτὸν συγχωρήσας, εἴπου, ἀναίραθῆναι. Δηλοῦται δὲ καὶ (42) ἐνταῦθεν, ὅτι κατὰ γνώμην τοῦ Πατρὸς ἀναίραθήσεται διὰ τὴν οικονομίαν.

Μετὰ δὲ — Γαλιλαίαν. Προειπὼν τὰ λυπηρὰ, προλέγει καὶ τὰ παραμυθούμενα. Προῦξω δὲ, ἀντὶ τοῦ, Προλαβὼ ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ ἐκδεχόμενος.

Ἀποκριθεὶς — σκανδαλισθήσομαι. Δέον μάλιστα C δεηθῆναι, καὶ εἰπεῖν· Κύρια, βοήθησον ἡμῖν· ὁ δὲ τρία ἄμω πταίει· πρῶτόν, ὅτι ἀνταίπει καὶ τῷ προφήτῃ, καὶ τῷ Χριστῷ· δεύτερον, ὅτι τῶν ἄλλων ἐκτὸν πρόβηκε (43)· τρίτον, ὅτι ἐαυτῷ μόνω, καὶ οὐ τῷ βοηθεῖ τῷ Θεοῦ τεθάρρηκε. Διὰ καὶ συγχωρεῖται πταεῖν, ἵνα συσταλῇ, καὶ μάθη μὴ σφόδρα ὑάρρησιν ἐαυτῷ, καὶ παιδευθῶσι καὶ ἕτεροι. Ὅπερ δὲ φησὶ Λουκᾶς, ὅτι Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξήτηήσαστο ὑμᾶς, καὶ τὰ ἐξῆς, καθ' ἕτερον εἶπε καιρὸν, πρὸ τοῦ ἐξελεῖν εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν. Διὰ καὶ ἑτέρου λόγου εἰσὶν ἐκεῖνα.

Ἔφη — ἀπαρτήση με. Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀντὶ τοῦ, πρὶν τὰς φωνὰς πληρῶσαι τῆς ἀγωγῆς. Εἴωθε γὰρ ὁ ἀλέκτωρ καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν D πολλάκις φωνεῖν, εἴτα διαναπαύεσθαι, καὶ μετὰ τινα καιρὸν πάλιν ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φωνεῖν. Τοῦτο δὲ Μάρκος· ἐσαφῆνισεν εἰπὼν· Σὺ σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δις ἀλέκτορα φωνήσῃ, τρίς ἀπαρτήση με. Ἀρνῆσιν δὲ λέγει τὴν τοῦ μὴ εἰδέναι αὐτόν· φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς· Οὐ μὴ φωνήση

autē distributionem, laudes autem dixerunt post distributionem : ut et nos ita faciamus, gratias Deo agentes, ipsumque glorificantes, qui nos hujusmodi bonis dignos duxit. Exiit autem in montem Olivarum, ne occultari videretur, et ne propter eum in civitate fieret seditio. Mons vero Olivarum ultra torrentem Cedron erat, juxta Joannis Scripturam : Ubi erat hortus in quem ingressus est ipse et discipuli ejus \*\*. Sciebat autem inquit et Judas, qui tradebat eum, locum, quod frequenter conveniret illuc Jesus cum discipulis suis \*\*. Manifestum est ergo quod sæpius foris pernoctabat in montibus, tum ut absque nulla distractione oraret, tum etiam ut discipulis secretiores sermones communicaret. Siquidem priusquam exiret in montem plurima dixit, quorum quædam scripsit Lucas, quædam vero Joannes.

Vers. 31. Tunc ait — gregis. Offendiculum patiemini, hoc est excutietur a vobis fides quam in me habetis, sive fugietis. Est autem prophetæ Zachariæ dictum quod sequitur \*\*. Dicitur autem Pater percussisse Filium, utpote permittens ut ipse vulneraretur sive occideretur. Hinc itaque manifestum est, quod voluntate Patris ac divina dispensatione occisus est.

Vers. 32. Postquam autem — Galilæam. Ubi tristitia prædixit, prædicat etiam consolatoria. Præcedum, hoc est, præveniam vos in Galilæam, ibi vos excepturus.

Vers. 33. Respondens — offendar. Cum maxime deprecari opus fuisset, ac dicere : Domine, auxiliare nobis : ille in tribus erravit. Primum quod prophetæ ac Christo contumadixit. Secundo quod se aliis præposuit. Tertio quod in seipso solo, et non in divino auxilio fiduciam habuit : ideo etiam cadere permittitur, ut corripiatur ac discat non nimis in seipso confidere, et cæteri quoque corripiantur. Quod autem ait Lucas : Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos \*\*, etc., alio dixit tempore, priusquam videlicet egrederetur in montem Olivarum : ideo etiam alterius sunt illa propositi ac sermonis.

Vers. 34. Ait — me abnegabis. Priusquam gallus canat, id est, antequam ullius temporis (hh) expleat sonos. Solet namque gallus variis temporibus sæpius canere, deinde cessare, et post aliquantum temporis rursus ab altero principio canere. Hoc autem Marcus planius significavit dicens : Tu hodie, in hac nocte, priusquam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me \*\*. Negationem vero dixit, assertionem, quod se non noverit Petrus.

\*\* Joan. xviii, 1, 2. \*\* Zachar. xiii, 7. \*\* Luc. xxii, 31. \*\* Marc. xiv, 30.

#### Variæ lectiones et notæ.

(42) Καί, omittit Cod. A, addit autem mox ante ὅτι.

(43) Προῦθηκε, Cod. A.

(hh) Ullius temporis. Continui tractas. Ἀγωγὴν appellat cantum galli gallinacel continuum, distin-

ctum tamen suis intervallis. Easdem enim voces aliquoties continuo repetit ac deinde requiecit.

Dicit enim Lucas : *Non canet hodie gallus priusquam A* σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρίς ἀπαρνήσῃ, μὴ  
*ter abneges, te nosse me* 44.

Vers. 35. *Dicit — abnegabo.* Quanto firmitus  
 affirmat Christus, tanto Petrus e diverso majorem  
 ostendit fortitudinem ; vehemens enim erat in ipso  
 affectus propriæ confidentiæ, ideo miserum patitur  
 naufragium ; a divino auxilio solus relictus, ut  
 ejus arguatur infirmitas. Vide autem quomodo cum  
 hæc sit ad modestiam revocatus. Siquidem post  
 Resurrectionem de Joanne dixisset : *Domine,*  
*hic autem quid* 45? et impositum esset ei silentium,  
 illico obtulit. Et ante Assumptionem cum audisset :  
*Non est vestrum nosse tempora vel occasiones*  
*temporum* 46, similiter contulit. Et post hæc de  
 linteo cum audisset : *Quæ Deus purificavit, tu com-*  
*munia ne dixeris* 47, quanquam non intelligeret  
 manifeste quod dicebatur, non tamen ausus est  
 respondere. Hæc autem omnia casus ille negationis  
 correxit. Et ante hoc quidem, quidquid erat fidei in  
 se reponerat, dicens : *Ego tamen nunquam offē-*  
*dar* 48 ; et : *Nequaquam te abnegabo* 49 ; cum  
 addendum fuisset : Si te habueris adiutorem.  
 Postmodum autem de claudi sanatione palam  
 dicebat : *Quid nos intuemini quasi nostra virtute*  
*aut pietate effecerimus ut hic ambularet* 50 ?

Hinc ergo magnum discimus documentum, quod  
 neque humana promptitudo quidquam efficiat abs-  
 que divino auxilio, neque divinum auxilium prosit  
 absque promptitudine humana. Utriusque rei ex-  
 empla sunt Petrus et Judas. Oportet ergo neque  
 obdormire, omni negotio in Deum rejecto, neque  
 rursus putare seipsum omne opus efficere. Siquidem  
 nec totum operatur Deus, ne otiosi permaneamus ;  
 nec totum nobis permittit, ne gloriemur, sed ab  
 unoquoque quod nocivum est auferens, quod  
 utile est nobis reliquit. Permisit itaque cæterorum  
 principem cadere, non propter dictas tantum cau-  
 sas, verum etiam ut amplius amaret ; cui enim  
 dimissum fuerit amplius hic amplius diligit.

Et nos itaque credamus ubique Deo, nec con-  
 tradicamus, etiamsi quod ab eo dicitur contrarium  
 esse videatur nostris cogitationibus et aspectibus :  
 sit tamen firmiter sermo ejus nostris cogitationibus  
 et aspectibus. Ita quoque in adorandis mysteriis  
 faciamus, non ex solum quæ proponuntur intuen-  
 tes, sed sermonibus ejus credentes. Cumque ille  
 dicat : *Hoc est corpus meum* ; et : *Hic est sanguis*  
*meus, et pareamus et credamus.* Siquidem etiam  
 in baptismo, sensibilis quidem est aqua, sed intelli-  
 gibile donum est regeneratio. Quia enim corpori  
 conserta est in nobis anima, in sensibilibus in-  
 telligibilia tradidit nobis Deus.

44 Luc. xii, 34. 45 Joan. xxi, 22. 46 Act. 1, 7.  
 47 Act. iii, 12.

#### Variæ lectiones et notæ.

(44) Pro Κύρις, dat. et Cod. A.  
 (45) Ἀπαρνήσομαι, Cod. B. Ita quoque variant in  
 contextu.

λέγει — ἀπαρνήσομαι. Ὅσον διαβεβαιούται ὁ  
 Χριστός, τοσοῦτον ὁ Πέτρος ἀντισχυρίζεται. Σφο-  
 δρὸν γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ πάθος τῆς ἐφ' αὐτῷ πεποιοη-  
 σως. Διὸ καὶ χαλεπὸν ὄφραταται ναυάγιον, ἐρημος  
 τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας ἀπολειφθεὶς, καὶ ἐλεγχθεὶς,  
 ὅτι ἀσθενὴς ἔστιν. Ὅρα γοῦν μετὰ ταῦτα, πῶς κατ-  
 εσταλαμένος ἔστί. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν Ἀνάστασιν, εἰ-  
 πὼν περὶ τοῦ Ἰωάννου, (44) Κύριε, οὗτος δὲ τί ;  
 καὶ ἐπιστομισθεὶς, αὐτίκα εἰσέληκε. Καὶ πρὸ τῆς  
 ἀναλήψεως, ἀκούσας· Ὅχι ὁμῶν ἔστι γινῶναι  
 χρόνους ἢ καιρούς, ὁμοίω ; ἠσύχασε. Καὶ μετὰ  
 ταῦτα, ἐπὶ τῆς ὀδύνης ἐνωτισθεὶς, ὅτι Ἄ ὁ Θεὸς  
 ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου, καὶ οὐδὲ σαφῶς εἰδῶς ; τὸ  
 βῆθὲν, ὁμοίω οὐκ ἐτόλμησεν ἀντιπεῖν. Ταῦτα δὲ  
 πάντα τὸ πτώμα ἐκείνο τῆς ἀρνήσεως κατώρθωσε.  
 Καὶ πρὸ τούτου μὲν αὐτῷ τὸ πᾶν τῆς πίστεως ἀνε-  
 τίθει, λέγων· Ἐγὼ δὲ οὐδέποτε σκανδαλισθή-  
 σομαι, καὶ, Ὅ μὴ σε ἀπαρνήσομαι (45), ἔξω  
 παρακρινῶν τοῖς λόγοις, ὅτι Ἐὰν ἔχω σε βοηθόν.  
 Ὑστερον δὲ, ἐπὶ τοῦ χωλοῦ, θαρρήθην εἶλεν, ὅτι  
 Ἡμῖν τί ἀπειρίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ  
 πεποιοηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν ;

Ἐντεῦθεν οὖν μέγα δόγμα μανθάνομεν (46), ὡς  
 οὔτε ἀνθρωπίνη προθυμία κατορθοῖ τι χωρὶς τῆς  
 θείας βοήθειας, οὔτε θεία βοήθεια κέρδος φέρει χωρὶς ἀν-  
 θρωπίνης προθυμίας. Καὶ ἀμφοτέρων παραδείγματα  
 Πέτρος καὶ Ἰούδας. Ὅθεν χρὴ μήτε τὸ πᾶν ἐπὶ  
 τὸν Θεὸν ῥίψαντας καθεῦδεν, μήτε σπουδάζοντας,  
 τὸ πᾶν αὐτοὺς ὀλεσθαι κατορθοῦν· οὔτε γὰρ τὸ πᾶν  
 ὁ Θεὸς ἐργάζεται, ἵνα μὴ ἀργοὶ μείνωμεν· οὔτε  
 τὸ πᾶν ἡμῖν ἐφήσιν, ἵνα μὴ καυχώμεθα· ἀλλ' ἐκα-  
 τέρου τὸ βλαβερὸν ἀφελών, τὸ χρήσιμον ἡμῖν ἀπολέ-  
 λειπεν. Ἀφῆκεν οὖν τὸν κορυφαῖον πεσεῖν, οὐ μόν-  
 ον διὰ τὰς ῥηθείας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ ἵνα πλείον  
 ἀγαπήσῃ. Ὡς (47) γὰρ πλείον ἀφείθη, πλείον  
 ἀγαπήσει.

Καὶ ἡμεῖς τὸ νῦν παιθώμεθα πανταχοῦ τῷ Θεῷ  
 καὶ μὴ ἀντιλέγωμεν, καὶ εἰ τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμε-  
 νον ἄναντιον εἶναι δοκεῖ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς ;  
 καὶ ταῖς ὕψεσι· καὶ ἔστω καὶ λογισμῶν καὶ ὕψεων  
 κυριώτερος ὁ λόγος αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φρι-  
 κτῶν μυστηρίων ποιῶμεν, μὴ τὰ προκείμενα μόνον  
 βλέποντες, ἀλλὰ τοῖς λόγοις τοῦ Δεσπότητος πεπιθόμε-  
 νοι. Καὶ ἐπειδὴ φησι· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ,  
 Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, καὶ π. ἰθώμεθα καὶ  
 πιστεύωμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος  
 αἰσθητὸν μὲν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ νοητὸν τὸ δῶρον,  
 ἢ ἀναγέννησις· ἐπὶ γὰρ σώματι συμπλέκεται  
 ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς ; τὰ νοητὰ παρέδω-  
 κεν ἡμῖν ὁ Θεός.

47 Act. x, 15. 48 Matth. xxvi, 35. 49 Ibid. 35.

*Ὁμοίως* — εἶπον. Μιμητάμενοι καὶ αὐτοὶ τὸν Ἀ  
Πέτρον.

*Τότε* — ἐκεῖ. Μόνος ἀπεισιν εἰς προσευχὴν, δ. δάσκων ὅτι χρὴ τὸν θερμῶς προσεύχεσθαι μέλ-  
λοντα μεμονωμένον προσεύχεσθαι.

[Ὡς (48) ἄνθρωπος προσηύξατο, διδάσκων τοὺς  
ἀνθρώπους ἐν πειρασμοῖς προσεύχεσθαι, καὶ εἰς  
Θεὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ ἐκτενέστερον ἐπικαλεῖσθαι  
τὴν ἐκεῖνου βοήθειαν.]

*Καὶ παραλαβὼν* — ἀδημονεῖν. [Ἔστι (49) δειλία  
φυσικὴ, μὴ θελοῦσης τῆς ψυχῆς διαιρεῖσθαι τοῦ  
σώματος, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐντεθεισάν αὐτῇ παρὰ  
τοῦ Δημιουργοῦ φυσικὴν συμπάθειάν τε καὶ οἰκείω-  
τητα. Καὶ ἔστι δειλία παρὰ φύσιν, ἐκ προδοσίας λο-  
γισμῶν καὶ ἀπιστίας συσταμένα, ὡς ὅταν τις ἐν  
νοκτὶ δειλιᾷ διὰ τὰ φάσματα καὶ τοὺς φόβους. B  
Ταύτην δὲ τὴν δειλίαν, ὡς παρὰ φύσιν, ὁ Χριστὸς  
οὐ προσέκατο.]

Οὐκ εἰς τὴν προσευχὴν παρέλαβεν αὐτοὺς, ἀλλὰ  
πρὸ τῆς προσευχῆς, ἰδίᾳ τῶν ἄλλων μαθητῶν, ὥστε  
μόνον ἐνδείξεσθαι αὐτοῖς τὰ τῆς λύπης. Μάρκος δέ  
εἰπεν ὅτι ἔρξατο ἐκθαμβεῖσθαι, ἦγουν δειλιᾷ.  
Ἐφῆκε γὰρ τῇ φύσει πάσχειν τὸ ἴδιον. Ἀδημονεῖν  
δὲ νῦν τὸ βαρυθυμεῖν νοεῖται. Τὴν μὲν οὖν λύπην  
καὶ βαρυθυμίαν ἐνδείκνυται, δεικνύων, ὅτι ὡσπερ τὰ  
πάντα θεὸς ἔστιν, οὕτω καὶ τὰ πάντα ἄνθρωπος.  
Ἰδιὸν δὲ ἀνθρωπίνης φύσεω; λυπεῖσθαι διὰ τὸν θά-  
νατον, καὶ μάλιστα τὸν βίαιον, καὶ φοβεῖσθαι τοῦτ' ἂν.  
Μόνους δὲ τούτους ἐνδείκνυται, ὡς μόνοις θεωροῖς  
γεγονόσι καὶ τῆς ἐν τῇ μεταμορφώσεϊ θείας δόξης C  
αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων δυναμένους; μὴ θορυβη  
θῆναι καὶ καταπεσεῖν.

*Τότε* — μετ' ἐμοῦ. Φανερώτερον ἐξαγορεύει  
τὴν ἀθένησιν τῆς φύσεως, ὡς ἄνθρωπος. Τὸ δὲ,  
Ἔως θανάτου, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν θανάτῳ. Γρηγορεῖν  
δὲ μετ' αὐτοῦ κελεύει παραμυθίας ἕνεκεν, ὡς ἔθος  
τοῖς ἐν περιστάσεσιν. Εἶτα καὶ τούτους ἀφῆσιν ἐκεῖ,  
καὶ μόνοι; ἀπεισιν εἰς τὴν προσευχὴν.

*Καὶ προελθὼν* — αὐτοῦ. Λουκᾶς δὲ καὶ τὸ μέ-  
τρον τοῦ διαστήματος; εἶπεν, ὅτι ἀπεσπάσθη ἀπ'  
αὐτῶν ὡς λίθου βολῆν.

*Προσευχόμενος* — ὡς σὺ. Εἰπὼν μὲν ὅτι *Εἰ δυ-  
νατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον* D  
*τούτο*, ἔδειξε τὴν ἀνθρωπίνην δειλίαν, ποτήριον  
λέγων τὸ τοῦ θανάτου· εἰπὼν δὲ ὅτι *Πλὴν οὐχ ὡς  
ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ*, ἐδίδαξεν ὅτι καὶ τῆς φύσεω;  
ἀνθελκούσης χρὴ ἔπεσθαι τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ,  
καὶ προτιμᾶν αὐτὸ τοῦ ἰδίου θελήματος, ὡς λυσιτελέ-  
στερον. Τὸ δὲ, *Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω*, σαφέστερον  
ὁ Λουκᾶς ἀπήγγειλεν, εἰπὼν, *Πλὴν μὴ τὸ θέλημά*

Vers. 35. *Similiter* — *dixerunt*. Imitantes et ip-  
Petrum.

Vers. 36. *Tunc* — *illic* Solus abit ad orationem,  
docens oportere eum qui ferventer oraturus est,  
solitarium orare.

† † *Ut homo precabatur, docens homines in  
tentationibus precari et ad Deum intendere men-  
tem atque ardentius ejus implorare auxilium.*

Vers. 37. *Et assumpto* — *mæstus esse*. † † *Est  
timor quidam secundum naturam, cum animus  
non vult disjungi a corpore, propter insitam ei  
in principio a Creatore compassionem et con-  
junctionem. Est vero etiam timor contra natu-  
ram qui ex neglectu sanæ rationis et infidelitate  
B oritur, veluti, cum quis nocte timet, propter spe-  
ctra aut sonitus. Hunc timorem autem, qui contra  
naturam est, Christus non habuit.*

Non ad orationem eos assumpsit, sed antequam  
oraret, ut seorsim separatis ab aliis discipulis  
suam ostenderet tristitiam. Marcus autem dicit,  
quod cepit exvavescere, id est timere <sup>41</sup>. Permisit  
enim naturæ pati quod suum erat. Ἀδημονεῖν  
autem (pro quo *mæstum* esse vertimus) significat  
nunc acerbo esse animo. Mæstitiam itaque et  
animi acerbiterat demonstrat : ostendens quod  
sicut omnino Deus est, ita omnino homo est :  
proprium est autem humanæ naturæ mæstitiam  
pati propter mortem, maxime violentam, hancque  
timere. Solis autem his demonstratur, ut qui soli  
spectatores fuerant divinæ gloriæ ipsius in trans-  
figuratione, et qui magis inter omnes poterant  
non turbari aut decidere.

Vers. 38. *Tunc* — *meum*. Manifestius naturæ  
pauddit infirmitatem tanquam homo. Quod autem  
ait : *Usque ad mortem*, tantumdem est ac si dicat,  
Sicut in morte. Vigilare vero secum jubet eos  
consolationis gratia, sicut moris est in afflictio-  
nibus. Deinde etiam hos ibi relinquit, et solus abit  
ad orandum.

Vers. 39. *Et progressus* — *suam*. Lucas vero  
etiam spatii dixit mensuram, quod avulsus  
est ab eis quantum jactus est lapidis <sup>42</sup>.

Vers. 39. *Orans* — *sicut tu*. Dicens : *Si possibile  
est, transeat a me poculum istud*, humanum de-  
monstravit timorem, poculum vocans mortem.  
Dicens autem, *Verumtamen non sicut ego volo,  
sed sicut tu*, docuit quod, natura licet retrahente,  
sequi oporteat Dei voluntatem, illamque propriæ  
voluntati præponere, tanquam maxime utilem.  
Quod vero ait : *Verumtamen non sicut ego volo,  
sed sicut tu*, planius retulit Lucas dicens : *Ve-*

<sup>41</sup> Marc. xiv, 35. <sup>42</sup> Luc. xxii, 41.

#### Variæ lectiones et notæ.

(48) Hæc uterque codex habet in margine, A qui-  
dem paulo inferius, B hoc loco. Car. l co Henten-  
nius.

(49) Etiam hæc uterque habet in margine. Apud  
Hentenum non legitur.

*rumtamen non mea voluntas, sed tua fiat* <sup>50</sup>. Marcus autem dicit quod orabat ut, si possibile esset, transiret a se hora, videlicet mortis. Et quod dicebat: *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer poculum hoc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu* <sup>51</sup>. Dicitio *Abba* Hebraica est, significans idem quod *Pater*; ideo quoque sua interpretatio appositae est. Quod autem additur, *Sed non quod ego volo, sed quod tu*, defectiva oratio est; deficit enim, *Fiat*, nam completa oratio est: *Fiat non quod ego volo, sed quod tu*.

Apud Lucam vero scriptum est: *Pater, si vis transferre poculum hoc a me* <sup>52</sup>; et similiter est oratio defectiva; deficit enim, *Transfer*. Ut homo autem dicebat, *Si possibile est, hoc est*, Quatenus fieri potest; humanum est enim timere (ii). Verisimile est autem omnia per partes dicta esse. Solemus enim in precationibus unum et idem vario modo dicere.

Vers. 40. *Et venit — sic? Sic* per modum interrogationis legendum est; pudore namque affecti cum. Atqui etiam alii dormiebant. Sed hunc vehementius objurgavit tanquam magis temerarium, dicens: *Sic te promisisti facturum?*

Vers. 40. *Non — mecum? Mecum* mori promisistis, et non potuistis una hora vigilare mecum? Marcus autem ait dixisse Petro: *Simon, dormis? Non potuisti una hora vigilare* <sup>53</sup>? Praecipue enim ad illum direxit sermonem, deinde etiam ad alios.

Vers. 41. *Vigilate — tentationem*. Non vobis ipsis confidatis, neque magna promittatis, sed attendite et orate ne intretis in tentationem. Quidam vero tentationem interpretantur hic de negatione.

Vers. 41. *Spiritus quidem — infirma*. Anima quidem prompta est et audenter accedit periculum; caro vero cum infirma sit, formidat, nec adeo constans est; ideo convenit ne promptitudinem animae attendentes insolescant, sed carnis infirmitatem advertentes modesti sint.

Vers. 42. *Rursus — voluntas tua*. Marcus autem scripsit quod eundem dixerit sermonem <sup>54</sup>. Verisimile est ergo et hunc et illum dixisse.

Vers. 43. *Et venit — gravati*. Gravabantur non tantum somno, sed et mœrore, sicut dixit Lucas <sup>55</sup>. Jam enim certiores facti erant de morte ipsius. Marcus vero dixit: *Et nesciebant quid ei responderent* <sup>56</sup>.

<sup>50</sup> Luc. xii, 42. <sup>51</sup> Marc. xiv, 35. <sup>52</sup> Luc. xii, 42. <sup>53</sup> Marc. 14, 37. <sup>54</sup> Ibid. 59. <sup>55</sup> Luc. xii, 40. <sup>56</sup> Marc. xiv, 40.

[Ἔστι (91) δὲ καὶ ἑτέρως ἐπιβαλεῖν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἐξ ὕδρων. Ἐἴεν γὰρ ἀν' αὐταὶ ἡ ποιητικὴ τῶν καθηκόντων δύναμις τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἢ κινήσιν καὶ ἀνεύρηγτον κειμένην ἐπλήρωσεν ὁ θεὸς λόγος; πρῶτον μὲν τῆς κατὰ σωματικὴν ἐπιμελείαν γνώσεως, εἶτα τῆς κατὰ ψυχικὴν ἢ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ πᾶξιν, εἶτα τῆς κατὰ θεωρίαν ἢ καὶ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ φύσιν, εἶτα τῆς ὑπὲρ φύσιν ἢ τῶν δὲ δύο μετρητῶν, εἰς μὲν, ἡ τῶν αἰσθητῶν γνώσεως, ἑτερος δὲ, ἡ τῶν νοητῶν, καὶ τρίτος ἡ περὶ τῆς ἀκαταλήπτου θεότητος Ἰλαμψις. Εἰς δὲ τὸν ἐξ ἀριθμῶν ἐλάβομεν τὴν ποιητικὴν τῶν καθηκόντων δύναμιν τῆς φύσεως, ἢ ὅτι ἐν ἐξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον· κόσμος δὲ καὶ ὁ ἀνθρώπος ἢ ὅτι ταῖς πέντε ψυχικαῖς δυνάμεισι συναριθμοῦμεν καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν, ὧς ταῖς πέντε τοῦ σώματος αἰσθήσεσι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. Ὅσπερ δὲ ἡ καθαρὰ καὶ ἀληθὴς Παρθένος Μαρία μήτηρ ἐγένετο τοῦ θεοῦ Λόγου, οὕτως ἡ καθαρὰ καὶ ἀληθὴς πίστις; μήτηρ γίνεταί τοῦ θεοῦ λόγου, τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος.]

Δέξει — ἀνω. Τοὺς διακόνους τῆς τραπέζης, ποιεῖται διακόνους τοῦ θαύματος, ἵνα αὐτοὶ μάρτυρες ὦσι τοῦ πράγματος. Οὐ προσέταξε ἵνα γεμισαὶ τὰ ἀγγεῖα τοῦ οἴνου, ἀλλὰ τὰ δοχεῖα τοῦ ὕδατος ἵνα μὴ τινες ὑποπέψωσιν, ὅτι τρυγὸς ἐνακακειμένης, κρᾶσις τοῦ ὕδατος γέγονε.

Καὶ διατί οὐκ αὐτὸς λόγῳ μόνῳ τὰς ὑδρίας ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ τοῖς διακόνους ἐπέταξεν; Ἴνα μὴ δόξῃ φαντάζειν, ἀλλ' ἵνα οἱ ἀντήσαντες τὸ ὕδωρ, ἐπιστομίσειεν τοὺς τὸ θαῦμα συκοφαντοῦντας.

Καὶ λέγει — ἀπὸ. Ἀρχιτρικλίνον ὀνομάζει τὸν συμποσίαρχον, τὸν ἐπιμελητὴν τοῦ συμποσίου. Τρικλῖνοι γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ οἴκοι τῶν συμποσίων. Οὐχ ἀπλῶς δὲ οἶνον ἐποίησε τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ καλὸν οἶνον. ὧς ὁ ἀρχιτρικλίνος ἐμαρτύρησε. Τοιαῦτα γὰρ τοῦ Χριστοῦ τὰ θαῦματα πολλῶν ἰσχυρῶν φυσικῶν ὤρατότερα. Τοῦ μὲν οὖν τὸ ὕδωρ οἶνον γενέσθαι, τοὺς διακόνους εἶχε μάρτυρας· τοῦ δὲ καὶ καλὸν οἶνον, τὸν ἀρχιτρικλίνον καὶ τὸν νύμφιον. Καὶ λοιπὸν οὐκ ἐμελλε τὸ θαῦμα λαθεῖν, οὕτως ἀναγκαίως ἔχον τὰς μαρτυρίας.

Εἰκόσ δὲ καὶ τὸν νύμφιον εἰπεῖν τι πρὸς ταῦτα·

#### Variæ lectiones et notæ.

(89) Forte, Ἡ ψυχικὴ.  
(90) Idem quod διασφίγγων.

(91) Etiam hæc in utriusque Codicis margine reperiuntur.

(r) Quidnam est hoc? Aliquid ad hæc. Hæc enim non videtur invenisse πρὸς.

πλήν παρήκε τούτο τὸ μέρος; ὁ εὐαγγελιστὴς ὡς οὐκ ἄν  
ἀνυχαίον.

Γένοιτο δὲ κάμῃ, τὸν ψυχρὸν, καὶ χαῦνον, καὶ διαβ-  
ρέοντα, καὶ κατὰ τούτο μηδὲν ὕδατο; διαφέροντα,  
μεταβληθῆναι πρὸς θερμὴν πνευματικὴν καὶ στυφὴν  
ἐνάρετον καὶ πῆξιν ἡθῶν, ὥστε καὶ ἑτέρους εὐφραι-  
νειν δύνασθαι.

*Ταύτην — Γαλιλαίας.* Οὐ μόνον ἀνέγραψε τὸ  
θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξεν ὅτι τούτο ἦν ἀρχὴ τῶν  
σημείων. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἀχρηστον ἦν εἶδέναι καὶ  
τούτο, λοιπὸν, ὡς παρασιωπηθὲν τοῖς ἄλλοις, ἰστέ-  
ρησεν αὐτὸ, χρησιμεῖον εἰς τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς  
λεγόμενοις (92) παιδικῶς θαύμασι τοῦ Χριστοῦ.  
Τούτο γὰρ ἀρχὴ τῶν σημείων· ἐκεῖνα δὲ πλάσμα  
ἔστιν ἀνδρὸς λυμαιομένου τῇ ἀληθείᾳ. Εἰ γὰρ παῖς  
ἂν ἰθαυματουργεῖ, πᾶσιν ἂν ἐγένετο γνώριμος αὐ-  
τίκα· παραδοξότερα γὰρ τὰ παρὰ μαιρακίου θαυ-  
ματουργούμενα· καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθησαν οἱ Ἰσραηλι-  
ται τοῦ Ἰωάννου φανερώσαντος (93) αὐτόν. Ἐίρηκε  
γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης ὅτι *Ἰνα φανερωθῇ τῷ Ἰσ-  
ραηλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτί-  
ζων.* Εἰκότως οὖν ἀνέμεινε τὴν ἀνδράσι πρέπουσαν  
ἡλικίαν, ἵνα μὴ νομίσῃσι φαντασίαν εἶναι τὰ γινώ-  
μενα. Εἰ γὰρ, ἐν ταῖς ἡλικίαις θαυματουργούντος,  
πολλοὶ τούτο ὑπώπτεον, πολλῶν μᾶλλον ἐν ἀταλαί.  
Καὶ θάπτον δὲ καὶ (94) πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ  
ᾠρησαν ἀνὰ τὸν σταυρὸν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμε-  
νοι, καὶ λοιπὸν ἐμελλεν οὐ μόνον ἀπιστηθῆναι ἢ  
οἰκονομία τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐμποδισθῆ-  
ναι: τὸ εὐαγγέλιον.

Ζήτησεν δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ  
Ματθαίου, διατε μετὰ τριακοστὸν ἔτος ὁ Χριστὸς  
ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἐνθα κεῖται τὸ, *Ἐν δὲ ταῖς  
ἡμέραις ἐκεῖναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βα-  
πτιστής, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας,*  
καὶ εὐρήσεις αἰτίας εὐλογιωτάτας.

*Καὶ — αὐτοῦ.* Τὴν δύνανται αὐτοῦ, τὸ μεγαλεῖον  
ἐπὶ θεότῳ αὐτοῦ.

Πῶς καὶ τίνοι (95) τρόπων; ὀλίγοι γὰρ προσέσχον  
τῷ γεγεννημένῳ· μόνοι γὰρ οἱ ὑπηρέται, καὶ ὁ ἀρχι-  
τρίκλιος, καὶ ὁ θυμῖος, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ (96).  
Τὸ γὰρ εἰς αὐτὸν ἦγον, ἐφανερώσιν αὐτὴν διὰ τοῦ  
τοιούτου θαύματος. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τότε πολλοὶ προσ-  
έσχον, ἀλλ' ὕστερον διεδόθη τὸ θαῦμα, καὶ πολλοὺς  
εἴλκυσεν. Ὅτι δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐδεὶς τῶν ἄλ-  
λων ἐπίστευσε, δῆλον ἀπὸ τῶν ἐξῆς. Ἐπήγαγε γάρ·

*Καὶ — αὐτοῦ.* Οἱ καὶ πρὸ τούτου θαυμάζοντες  
αὐτόν. Ὅρῳς ὅτι τότε χρῆ γίνεται τὰ σημεῖα, ὅταν  
οἱ ὀρῶντες εὐγνωμονεῖν καὶ προσέχῃν μέλλοιεν.

<sup>92</sup> Joan. i, 31. <sup>93</sup> Matth. iii, 1.

#### Varia lectiones et notæ.

(92) Aliter de his videtur sensisse Origenes,  
contra quem, ut arbitror, disputat Chrysost. tom.  
VIII, p. 121 D; sed Origenis ad hunc locum  
commentarius intercedit.

(93) Nescio an non interpres legerit φανερώσαν-  
το, quod nec mihi displicebat.

(94) Καὶ ἀβὲστ Α.

(95) Τίνας τρόπων Α. Intellige, ἐφανερώσων  
αὐτήν;

(96) Αὐτὸς ἐξ superioribus repetendum προσέσχον,  
aut aliud verbum supplendum, veluti ἐγνώσκων.

nam est hoc (r) ? verumtamen id prætermisit  
evangelista utpote non necessarium.

Utinam autem et ego qui frigidus sum, laxus et  
effusus, nihil in hoc ab aqua differens, in calorem  
converterer spiritualem, virtutis constrictionem,  
ac morum firmitatem, ut et alios lætificare pos-  
sem.

Vers. 11. *Hoc — Galilææ.* Non solum scripto  
prodidit miraculum, sed etiam docuit principium  
hoc fuisse signorum. Nam quia id scitu dignum  
erat, et ab aliis præteritum, scripsit illud, utpote  
ad hoc utile, ne fides adhibeatur his quæ dicuntur  
pueri Christi miracula; hoc enim fuit initium sig-  
norum: illa vero sunt opus viri qui a veritate  
aberravit. Nam si puer mirabilis operatus fuisset,  
id statim omnibus innotuisset, neque Israelitis  
fuisset opus Joanne, ut eum manifestaret. Siqui-  
dem Joannes ipse dixit: *Ut manifestaretur Israeli,*  
*propter hoc veni ego in aqua baptizans* <sup>92</sup>. Merito  
ergo exspectavit decentem viros ætatem, ne phan-  
tasmata esse putarent ea quæ fierent. Nam si plu-  
rimi id suspicabantur cum iam legitima ac perfecta  
ætate mirabilia operaretur, multo magis in imper-  
fecta, et priusquam tempus conveniens advenisset,  
cum invidia tabescerent, in Salvatorem insurrexis-  
sent et ita non solum increduli fuissent dispensa-  
tioni Incarnationis, sed etiam Evangelium im-  
pedivissent.

Quære etiam tertio juxta Matthæum capite,  
quam ob causam post tricesimum annum venerit  
Christus ad baptisma, ubi dicitur: *In diebus illis*  
*venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ* <sup>93</sup>,  
et causas invenies aptissimas ac rationi maxime  
consonas.

Vers. 11. *Et — suam.* Potentiam et virtutem  
suam, magnitudinem divinitatis suæ.

Verum quomodo aut quo pacto hoc fuit, cum  
pauci ad id, quod factum erat, advertissent, solt  
videlicet ministri et architriclinus ac sponsus cum  
discipulis ejus? Quod in se erat, manifestavit eam  
per hujusmodi miraculum; quanquam enim pauci  
tunc advertabant, postea tamen divulgatum est mi-  
raculum, multosque attraxit. Quod autem die illo  
nullus aliorum crediderit, ex sequentibus manifes-  
tum est; nam subjuncti:

Vers. 11. *Et — ejus.* Qui etiam antea ipsum  
admirabantur. Vides quod tunc oporteat fieri signa,  
cum futurum est ut spectatores benevoli sint et  
animum advertant.

Vers. 12. *Posthæc— diebus.* Descendit Capernaum, ut quiescere faceret ibi Matrem. Fratres sui autem, lege, non natura, filii videlicet Joseph qui lege et non natura pater illius erat.

CAP. II. *De ejectis e templo.*

Vers. 13. *Et prope* — Vers. 15. *subvertit.* Similia quoque scripsit Matthæus in fine quadragesimi quinti capitis<sup>36</sup>; et illorum lege enarrationem, plurimum ad hæc conferentem.

Κερματιστάι autem proprie dicuntur permutatores, quos Matthæus κολλυβιστάς nominavit, hoc est nummularios. Et sicut κόλυβος obolus est, qui pro permutatione monetæ datur, id est, (ut vulgo dicitur) *cambium*: sic et κέρμα congeries est obolorum, aut minorum nummorum quibus sit permutatio. Præterea φραγέλιον genus est flagelli; erat autem contextum: nam et eorum qui ejecti sunt, conversatio contexta erat absurdis verbis ac operibus: et rursus ejicientis conversatio contexta erat ex supernaturalibus verbis ac operibus, sive rebus divinis et humanis. Opus itaque operatus est multa plenum auctoritate. Nam quia Sabbatho curaturus erat, multaque similia facturus, quæ Judæis legis transgressio videbantur: ne hæc tanquam Deo contrarius facere videretur, hinc primum hujusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zelum erga domum Dei demonstravit, tantaque vehementia ac indignatione propter hanc usus est, ut nulli omnino parceret, sed seipsum in periculum conjiceret, et tum caupones illius, tum Judæos id ipsis permittentes in se excavit, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequam posset templi. Domino esse contrarius.

Vers. 16. *Et — negotiationis.* † Domum negotiationis faciunt domum Dei, et columbas in ea vendunt etiam ii qui sacerdotia et munera ecclesiastica venalia exponunt (ac quovis pretio, imo vero interdum etiam addita re nullius pretii, veluti ancilla aut scorto, extrudunt); Columbæ enim similitudinem habet gratia Spiritus sancti, qui forma columbæ apparuit. Iidem sunt etiam caupones rerum divinarum, cauponantes ea, quæ Dei sunt, turpis lucri causa. Ista autem: *Auferite ista hinc*, translationem et amissionem legalis cultus significant.

Non factis solum, sed et verbis ostendit Deo se esse non contrarium. Sed ipse quidem Deum natura Patrem suum vocavit; Judæi autem adoptione Patrem ipsum nominasse putantes non sunt hoc verbo turbati. Sed neque his quæ fecit exaspe-

<sup>36</sup> Matth. xxiv, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Τὰ παραπήσια A, ut alibi.

(98) Φραγέλιον A.

(99) Τοῦτο A.

(1) Intelligit principes Judæorum, qui id in templo fieri permiserant.

(2) Hæc uterque in margine habet. Apud Penitentium non reperiantur.

Μετὰ τοῦτο — ἡμέρας. Κατέβη, εἰς Καπερναοῦμ ἵνα διαναπαύσῃ τὴν Μητέρα. Ἄδελφοί δὲ αὐτοῦ νόμφ καὶ οὐ φύσει οἱ υἱοὶ Ἰωσήφ, τοῦ νόμφ καὶ οὐ φύσει πατρὸς αὐτοῦ.

ΚΕΦ. Β'. *Περὶ τῶν ἐκβληθέντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ.*

Καὶ ἐγγὺς — ἀνέστρεψε. Παραπήσια (97) καὶ ὁ Ματθαῖος ἱστορήσεν ἐν τῇ τέλει τοῦ τεσσαρακοστοῦ πίπτου κεφαλαίου αὐτοῦ, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκείνων ἐξήγησιν, μεγάλα καὶ πρὸς τὰῦτα συμβαλλομένην.

Κερματισταὶ δὲ οἱ καταλλάττει, οὓς ὁ Ματθαῖος κολλυβιστάς ὠνόμασεν. Ὅσπερ δὲ κόλυβος, ὁ ὄβολος, οὕτω καὶ κέρμα, ἡ σωρεία τῶν τε ὄβολῶν καὶ τῶν καταλλαττομένων λεπτῶν. Φραγέλιον (98) δὲ ἐστὶν εἶδος μάστιγος. Πλεκτὸν δὲ ἦν, ὅτι καὶ ἡ πολιτεία τῶν ἀπελαυνομένων πεπλεγμένη ἦν ἐξ ἀτόπων λόγων καὶ πράξεων, καὶ ἡ πολιτεία τοῦ ἀπελαύοντος πεπλεγμένη πάλιν ἐξ ὑπερφυῶν λόγων καὶ πράξεων, καὶ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρωπίνων. Πράγμα οὖν ἐποίησε κολλῆς αὐθεντίας γέμον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμελλεν ἐν Σαββάτῳ θεραπεύειν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἀπερ ἐδόκει τοῖς Ἰουδαίοις νόμων παράβασις, ἵνα μὴ δοκῇ τὰῦτα πράττειν ὡς ἀντίθεος, ἐντεῦθεν προαναίρει τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν. Ὁ γὰρ τοσοῦτον ζῆλον ἐπιδειξάμενος ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοσαύτη σφοδρότητι καὶ ἀγανακτήσει διὰ τοῦτον (99) χρῆσάμενος, καὶ μηδεὶς ὕλως φεισάμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς κίνδυνον ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ τοὺς τε κατῆλου; ἐκείνους, τοὺς τε παρτχωροῦντας (1) ἀπὸ τοῖς Ἰουδαίοις καθ' ἑαυτοῦ παροξύνας, καὶ πάντα παθεῖν ἔτοιμος ὢν ὑπὲρ τῆς εὐκοσμίας τοῦ ἱεροῦ, οὐκ ἂν ἐναντίος; εἴη τῷ Δεσπότη τοῦ ἱεροῦ.

Καὶ — ἐμπορίου. [Οἶκον (2) ἐμπορίου ποιῶσιν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς περιστερὰς; ἐν αὐτῷ πωλοῦσιν, καὶ οἱ τὰς χειροτονίας (3) πιπράσκοντες. Περιστερὰς; γὰρ τύπος, ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἐν εἰσὶ περιστερὰς ἐφθέντος (4). Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ (5) θεοκάπηλοι, τὰ τοῦ Θεοῦ καπηλεύοντες δι' ἀλοχροκέρδειαν. Τὸ δὲ, Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, τὴν μετάστασιν καὶ ἀποβολὴν τῆ; νομικῆς λατρείας; ἠνέξατο.]

Οὐ μόνον ἀφ' ὧν ἐπραξεν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν εἶπε, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀντίθεος. Ἄλλ' αὐτὸς μὴ φύσει Πατέρα τὸν Θεὸν ἐκάλεσεν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, θέσει Πατέρα τοῦτον ὀνομάσαι οἰηθέντες, οὐκ ἐταρχήσαν ἐπὶ τῷ τοιοῦτῳ ῥήματι, ἀλλ' οὐδ' ἐφ' αἰ;

(3) Pungit episcopos, qui sacerdotia habebant venalia. Pertinet ergo hoc ad antiquitates ecclesiasticas.

(4) Πνεῦθέντος A.

(5) Habet hoc Gregorius Nazianz. p. 106 et p. 232.

ἐποίησαν ἡγριώθησαν. Ἦλεγχθη γὰρ αὐτοὺς τὸ συνειδὴς καὶ κατήσχυεν, ὡς εὐλόγως ἐκείνου καὶ ποιούontos καὶ λέγοντος. Οἶκον δὲ ἐμπορίου, ἀντὶ τοῦ, οἴκον κατηλείου.

Ἐν δὲ τῷ προρρήθῆντι κεφαλαίῳ τοῦ Ματθαίου, σπηλαιῶν ἁριστῶν εἶπεν, ἐν ᾧ καὶ παρρησιασάμεθα ὅτι τὸν ζῆλον τοῦτον καὶ τὴν παρόρησίαν δις ἐπέθε'ξεντο κατὰ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ κατηλευόντων, ἐν ἀρχῇ τε τοῦ Εὐαγγελίου καὶ πρὸς τῷ τέλει. Καὶ τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ νῦν ὁ Ἰωάννης ἀνέγραψε, τὰ δὲ πρὸς τῷ τέλει Ματθαῖος.

Ἐμνήσθησαν — με. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν. Ζῆλον δὲ λέγει νῦν τὴν δικαίαν ἀγανάκτησιν· Καταξάγεται δὲ, ἀντὶ τοῦ, Σφόδρα (6) περιλάθῃ, καταφλέξει.

Χρῆ δὲ γινώσκειν ὅτι ποιήσας τὸ φραγγέλιον (7) οὐ τοὺς ἀνθρώπους ἔτυψεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐφόθησε καὶ ἀπέλασε, τὰ δὲ πρόβατα καὶ τοὺς βόας ἔτυψε καὶ ἐξέβαλεν.

Ἀπεκρίθησαν — ποιῆς; Καταγενομένους ἑαυτοὺς εἰδότες, ἐπιτιμηῆσαι μὲν οὐκ ἐτόλμησαν, εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἐπειδὴ ταῦτα ποιεῖς, ἦγουν ἐπειδὴ αὐθεντεῖς, τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν τῆς αὐθεντίας (8);

Ὡ πολλῆς ἀνοίας! δῖον γὰρ εὐγνωμονῆσαι, καὶ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸν, ὡς ἀπαλλάξαντα τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τοσαύτης αἰσχύνῃ· οἱ δὲ σημείον ἐπιζητοῦσι τῆς ἐξουσίας, φθόνῳ τηχόμενοι, καὶ μελετῶντες ἐπισκῆψαι τῷ γενησομένῳ σημεῖῳ. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλοτε ἐλεγον· Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

Ἀπεκρίθη — αὐτόν. Σημεῖον τῆς αὐθεντίας, (9) δίδωσιν αὐτοῖς τὴν τριήμερον ἀνάστασιν αὐτοῦ. Ναδν γὰρ δὲ ἑαυτοῦ σώμα λέγει ναδ; γὰρ καὶ οἶκος τοῦτό ἐστιν οὐ μόνον τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς θεότητος.

Ἀύσατε δὲ εἶπεν, οὐ προτρέπων αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἑαυτοῦ φόνον, ἀλλ' ὅπερ ἐγίνωσκεν, ὅτι δρᾶσουσιν, εἶπεν ἠθικῶς ἐν τοιοῦτῳ σχήματι λόγου. Ἀύσατε δὲ, ἦτοι κατασρέψατε εἰς γῆν, διαξέξατε τῆς ψυχῆς, λύσατε τοῦ συνδέσμου.

Εἶπον — αὐτοῦ. Ἡ προτέρα μὲν οἰκοδομή δι' ἐτῶν εἴκοσι κατεσκευάσθη παρὰ Σολομῶντος· ἡ ὑστέρη δὲ διὰ τεσσαρῆκοντα καὶ ἕξ παρὰ Ζοροβάβελ. Τῆς προτέρας γὰρ καθαιρεθείσης· ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἤρξατο ἡ ὑστέρη κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας Κύρου. Εἶτα φθόνῳ καὶ διαβολῇ τῶν προσοίκων Σαμαρειτῶν ἐπισχέθεισε, διέμεινεν οὕτως ἕτη τεσσαράκοντα. Κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρίου τοῦ Ὑστάτου, Ζοροβάβελ ἀποσταλὴς ἐτελείωσεν αὐτὴν ἐν ἔτειν ἕξ. Καὶ οὕτως ἐν ἔτειν τεσ-

A rati sunt : siquidem arguebat illos conscientia ac confundebat, ostendens quod juste hæc et fecisset et dixisset. Domum autem negotiationis, hoc est cauponam aut tabernam.

Predicto vero Matthæi capite dixit : *Speuncam latronum* <sup>60</sup>. Ex quo adnotare possumus, quod zelum ac libertatem arguendi bis demonstraverit adversus eos qui in templo cauponabantur, et in principio Evangelii et circa finem. Quæ ergo in principio Evangelii contigerunt, Joannes hoc loco conscripsit : quæ vero circa finem, Matthæus.

Vers. 17. *Recordati* — me. Nam id scriptum est in libro Psalmorum <sup>61</sup>. Zelum autem dicit nonc justam indignationem. *Comedit*, hoc est, valde amplectitur et inflamat me.

Scire autem oportet, quod homines facto flagello non verberavit, sed ipsos quidem exterruit ac expulit ; oves vero ac boves verberavit et ejecit.

Vers. 18. *Responderunt* — *facias* ? Scientes sese condemnatos, ipsum quidem reprehendere ausi non sunt, sed dixerunt ei : Cum hæc facias, sive cum dominium tibi vindices, quod signum ostendis nobis tuæ auctoritatis ?

O ingentem dementiam ! cum benevolos esse oporteat, ipsumque laudare, qui domum Dei tanta purgaret ignominia, auctoritatis signum querunt, invidia tabescentes, et signum carpere volentes. Nam alibi quoque dixerunt : *In qua potestate hæc facis* <sup>62</sup> ?

Vers. 19. *Respondit* — *ipsum*. Potentiæ suæ auctoritatis signum dat eis, puta tertii diei resurrectionem. Nam templum dicit corpus suum, ipsum enim domus est et templum non animæ solum, verum etiam divinitatis.

*Solvite* autem dixit, non adhortans eos ad sui interfectionem, sed quia cognovit quod facturi erant, figurativo sermone prædixit. *Solvite* ergo, sive, In terram subvertite, ab anima separate, et conjunctionem quæ cum illa est dissolvite.

Vers. 20. *Dixerunt* — Vers. 21. *sui*. Prior quidem structura viginti annis a Salomone absoluta est, altera vero per quadraginta et sex a Zorobabel. Priori namque a Babyloniis destructa, cœpta est posterior circa annum primum regis Cÿri : deinde invidia et calumnia circummorantium Samaritanorum impedita, ita quadraginta annis permansit. Circa secundum vero annum Darii Hystaspis misit Zorobabel in sex annis ipsam perfecit ; et ita annis quadraginta et sex ædificatum est templum qui nu-

<sup>60</sup> Matth. xxi, 13. <sup>61</sup> Psal. lxxviii, 10. <sup>62</sup> Matth. xxi, 2.

#### Varie lectiones et notæ.

(6) Corrige περιλαβεί. Eodem enim utitur Euthymius ad Matth. xvi, 13. 32. Nescio cur Henicinius præsentia pro futuris dederit.

(7) Φραγγέλιον A.

(8) Αὐθεντίας A.

(9) Αὐθεντίας A.

merantur ab initio ædificationis usque ad consummationem.

Vers. 22. *Quando — ejus.* Cum autem hoc diceret, hæsitabant, quidnam diceret, nec credebant. Multa quoque talia loquitur, primum quidem audientibus incerta, postmodum vero manifesta, ut ostendatur prævidisse quæ dicebat.

Et quare ænigma non dissolvit dicens quod templum intelligeret corpus suum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidem duo tunc obstabant: unum quidem resurrectionis opus, alterum vero quod Deus esset, qui tale templum inhabitaret.

Vers. 23. *Cum — faciebat.* Crediderunt in eum non tamen firmiter: nam illi firmiter credebant, qui non propter signa tantum, verum etiam propter doctrinam ejus credebant: nam signa crassiores attrahebant, doctrina vero ac prophetiæ mente subtiliores. Ideo quoque constantiores sunt hi, quibus etiam aptatur id quod dicitur: *Beati qui non viderunt et crediderunt*<sup>43</sup>.

Vers. 24. *Ipsæ — eis.* Neque credebat, neque tanquam legitimis discipulis confidebat: quare?

Vers. 24. *Eo quod — omnia.* Omnem hominem sive constans esset, sive inconstans.

Vel omnia quæ in omnibus sunt.

Vers. 25. *Et — homine.* De qualicumque homine.

Vers. 25. *Ipsæ — homine.* In quocumque homine, nupte cordium cognitor Deus.

#### CAP. III. De Nicodemo.

Cap. III. V. 1. *Erat — Vers. 2. nocte.* Timebat enim palam accedere propter Judæorum suspicionem, qui aversuri erant accedentes ad eum.

Vers. 2. *Et — magister.* Putabat enim quod propheta esset missus a Deo ad docendum.

Vers. 2. *Nemo — eo.* Cum prophetam eum putaret, merito arbitrabatur hæc eum non propria facere potestate, sed esse a Deo precibus obtenta (s).

Vers. 3. *Respondit — Dei.* Existimabat Nicodemus se nosse Deum (s), ac de eo recte sentire. Ostendens autem Christus, quod longe a veritate aberraret, ait: Nisi quis regeneratus fuerit per regenerationem divini baptismatis, non potest scire sive cognoscere ejus dignitatem ac magnitudinem. Nunc enim seipsum dicit Deum, id tamen obscure, quo insolentiam devitet. Divina siquidem gratia, quæ per sacrum datur baptismata, et mentem roborat, et recte videre tribuit, dissipata imbecillitate, quæ obtenebrabat.

<sup>43</sup> Joan. ix, 29.

#### Variæ lectiones et notæ.

(10) Ἐπίστευσαν Α.

(11) Ὁξυτέρους, ἀκριβιστέρους.

(12) Est enim pro πάντας, legit in textu πάντα.

(s) *Sed esse — obtenta.* Sed divina, egens ea. Δεόμενος; hic non est precans, sed egens.

σάρακοντα καὶ ἐξ ὡκολομήθη ὁ ναὸς, ἀριθμουμένοι; ἀπὸ τῆς ἐνάρξεως μέχρι τῆς τελειώσεως.

Ὅτε — αὐτοῦ. Ὅτε δὲ τοῦτο εἶπεν, ἤπαρουν τί ποτε λέγει, καὶ οὐκ ἐπίστευον. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα φθίγγεται, παραυτίκα μὲν ἀδηλα τοῖς ἀκούουσι, μετὰ τοῦτο δὲ δῆλα, ἵνα δευχθῆ προσιδῶς & εἰλεγε.

Καὶ διατί οὐκ εἴλυσε τὸ ἀνιγμα, ὅτι ναὸν λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ; Διότι οὐκ ἐμελλε πιστευθῆναι. Διὸ γὰρ ἦσαν τὰ προσιτά, ἕνα τέως, ἐν μὲν τῆς ἐγέρσεως, ἕτερον δὲ τὸ θεὸν εἶναι τὸν ἐοικυῖντα τῷ τοιοῦτῳ ναῷ.

Ὅς — ἐπολεῖ... Ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλ' οὐ βεβαίως. Ἐκείνοι γὰρ ἀκριβέστερον (10) ἐπίστευσαν, ὅσοι μὴ διὰ τὰ σημεῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐπίστευσαν. Τοὺς μὲν γὰρ παχυτέρους τὰ σημεῖα ἐπιλάκτο· τοὺς δὲ λεπτοτέρους (11) εἰς νοῦν ἢ διδασκαλίαν καὶ αἱ προφητεῖαι. Διὸ καὶ οἱ τοὶ μᾶλλον ἐκείνων βεβαίωτεροι· οἷς ἀρμόζει καὶ τὸ, *Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.*

Αὐτὸς — αὐτοῖς. Οὐ κατεπίστευεν, οὐκ ἐθάβρει ὡς γνησίως μαθηταῖς· διατί;

Διὰ τὸ — πάντα. Πάντα (12) ἀνθρώπων, εἴτε βέβαια; ἕστιν, εἴτε ἀδέβαια.

Ἡ πάντα τὰ πάντων.

Καὶ — ἀνθρώπων. Περὶ τοῦ οἰουδήποτε ἀνθρώπου.

Αὐτὸς — ἀνθρώπων. Ἐν τῷ παντὶ ἀνθρώπων, ὡς γαρβιογνώσης θεός.

#### C ΚΕΦ. Γ'. Περὶ Νικοδήμου.

Ἦν — νυκτός. Ἐφοβείτο γὰρ εἰσελθεῖν φανερῶς; διὰ τὴν ὑπόψιν τῶν Ἰουδαίων ἀποστροφόμενων τοὺς προσιδίας αὐτῷ.

Καὶ — διδάσκαλος. Ὡστο γὰρ ὅτι προφήτης ἔστιν, ἀπὸ θεοῦ πεμφθείς εἰς τὸ διδάσκειν αὐτούς.

Οὐδαίς — αὐτοῦ. Ἐπει προφήτην αὐτὸν ἦστο, ἀκολούθως ὑπελάμβανεν ὅτι οὐκ ἐξ οἰκείας δυνάμεως ταῦτα ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ, δεόμενος, αὐτῆς.

Ἀπεκρίθη — Θεοῦ. Ἐνόμισεν ὁ Νικοδήμος γινῶναι αὐτὸν, καὶ ὀρθὰ φρονεῖν περὶ αὐτοῦ. Δεικνύων δὲ ὁ Χριστὸς ὅτι πᾶρρω κλανάται τῆς ἀληθείας, φησὶν ὅτι, Ἐάν μὴ τις ἀναγεννηθῆ διὰ τῆς καλιγγενείας τοῦ θεοῦ βαπτίσματος, οὐ δύναται εἶδεν, ἦτοι γινῶναι τὴν ἀξίαν καὶ μεγαλειότητα αὐτοῦ. Θεὸν γὰρ εἰαυτὸν λέγει νῦν· ἀσυμφανῶς δὲ, ἵνα φύγη τὸν κόμπον. Τότε γὰρ ἡ διὰ τοῦ ἱεροῦ βαπτίσματος διδομένη θεία χάρις βωννύει τὸν νοῦν καὶ ὀρβῶν ὀρθῶς; παρῆχει, τῆς ἐπισκοτούσης ἀσθενείας; ἀποσκει δασθείσης.

Unde autem? Ex codicibus N. Testamenti? Non; sed ex Chrysost. tom. VIII, p. 137 C.

(s) *Nosse Deum.* Nosse eum.

λέγει — γεννηθῆναι; Τί τοῦτο, Νικόδημος; Ἄ Ῥαββὶ αὐτὸν καλεῖς, καὶ ἀπὸ Θεοῦ ἐληλυθῆναι λέγεις, καὶ οὐ πιστεύεις ὅς λέγει; Ῥαββὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς πυχύτητος! Ἦκουσεν ἀναγέννησιν, ἀλλὰ πνευματικὴν· οὐκ ἠδυνήθη ταύτην νοῆσαι, καὶ νοεῖ σαρκικὴν· καὶ εἰκότως ἀπορεῖ, καὶ ζητεῖ τὸν τρόπον.

Ἄπεκρίθη — Θεοῦ. Σαφηνίξει μὲν τὸν τρόπον, λέγων, ὅτι ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, δηλαδὴ τοῦ ἀγίου· οὐκ δὲ τέλειον, ἵνα προσεκτικώτερος ὁ ἔρωτων γένηται. Πολλάκις γὰρ τὸ ἀσαφές ἐγείρει τὴν διάνοιαν, καὶ περιεργότερον καὶ σπουδαῖον ἀπεργάζεται τὸν ἀκριατὴν. Ὁ μὲν οὖν Νικόδημος ἀδύνατον ἔλεγε τὴν ἀναγέννησιν· ὁ δὲ Χριστὸς καὶ θεῶρα δυνατὴν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνεγκαιαν, ὡς μὴδὲ δύνασθαι τίνα χωρὶ; αὐτῆς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. [Τὸ (15) δὲ *Εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ,*] ἢ τὸ γινῶναι τὴν ἀξίαν καὶ μεγαλειότητα αὐτοῦ ἡλοῖ νῦν ἢ τὸ τυχεῖν τῆς ἀπολαύσεως τῆς θείας.

Ὁ λόγος δὲ περὶ τῶν μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τὸν Χριστόν. Ἐκτοτε γὰρ ἡ ἀναγέννησις ἤρξατο. Λοιπὸν οὖν καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀναγεννήθησαν, δι' ὕδατος μὲν περὶ Ἰωάννου, διὰ Πνεύματος δὲ, ὅτε ἐπεφοῦν τισιν αὐτοῖς ἐν εἰδαί πυρρινῶν γλωσσῶν.

Γράφουσι δὲ τινες (14), ἐγγίζοντας τ.ῆς χρόνος τῶν ἀποστόλων, ὅτι ὁ μὲν Χριστὸς; ἐβάπτισεν τὸν Πέτρον καὶ τὴν Θεοτόκον, ὁ δὲ Πέτρος πάντας τοὺς ἀποστόλους.

Τὸ — ἐστίν. Οὐ σαρκικὴ ἐστὶν ἡ γέννησις, φησὶν, ἀλλὰ πνευματικὴ· Τὸ μὲν γὰρ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σαρκικόν ἐστὶ γέννημα· τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος πνευματικόν ἐστὶ γέννημα. Λοιπὸν οὖν ἡ μὲν σαρκικὴ γέννησις, αἰσθητὴ ἐστὶν, ἡ δὲ πνευματικὴ νοητὴ. Καὶ οὐ χρὴ αἰσθητῶ; ἐξετάζειν τὸ νοητὸν, οὐδὲ ἀνθρωπίνως τὸ θεῖον πρᾶγμα. Ἐπει γὰρ ἡ πρώτη γέννησις ἠχρηώθη, δευτέρα δέδοται ἀναγέννησι; ὀψιλοτέρα τε καὶ τιμιωτέρα. Θεοῦ ἔργον ἡ πρώτη· Θεοῦ ἔργον καὶ ἡ δευτέρα· Θεὸς γὰρ τὸ Πνεῦμα.

Ὅταν οὖν ἀκούης ὅτι τὸ Πνεῦμα ἀναγεννᾷ, μὴ ζῆται τὸν τρόπον. Εἰ γὰρ ἀκατάληπτος ἡ ἐν τῇ μήτρᾳ διάπλασις, ἀκαταληπτοτέρα πάντως ἡ ἐν τῷ ὕδατι. Καὶ εἰ περὶ ἐκείνης οὐκ ἀμφιβάλλομεν, τῇ παντοδυνάμῳ τοῦ Θεοῦ σοφῶρα πιστεύοντες, πολλῶ μᾶλλον τοῦτο χρὴ ποιεῖν περὶ ταύτης.

Ὅσπερ δὲ ἐν ἀρχῇ ὑπέκειτο στοιχείον ἡ γῆ, τὸ πᾶν δὲ τοῦ διαπλάττοντος ἦν· οὕτω καὶ νῦν ὑπέκειται στοιχείον τὸ ὕδωρ· τὸ πᾶν δὲ τοῦ Πνεύματος ἐστὶν.

Ἐὰν ἐρωτήσης με, Διατί νῦν τὸ ὕδωρ, ἀντεπερωτήσω σε, Διατί τότε ἡ γῆ; Καὶ γὰρ ἰδύνατο καὶ δίχα

Vers. 4. *Dicit — nasci?* Quid hoc, Nicodeme? Rabbi ipsum vocas, et a Deo venisse dicis, nec tamen credis quæ dicit? O Judaicam crassitudinem! Audivit regenerationem, sed spiritualem; non potuit hanc concipere, sed carnalem intelligit, et merito dubitat, modumque sciscitatur.

Vers. 5. *Respondit — Dei.* Modum manifestat dicens, quod ex aqua et Spiritu, videlicet sancto; non tamen clare hoc dicit, quo attentius interrogaret. Sæpius enim occulte (u) mentem excitat, ut diligentior ac curiosior reddat auditorem. Nicodemus siquidem impossibile dicebat regenerationem; Christus vero omnino possibilem; nec id solum sed et necessariam; adeo ut sine eo regnum Dei nullus possit intrare, hoc est ejus dignitatem ac magnitudinem cognoscere, aut divinam attingere fruitionem.

Intelligitur autem verbum de his, qui post Christum baptizatum fuerunt. Reliquum est igitur, ut et apostoli regenerati sint per aquam sane a Joanne, per Spiritum vero, quia ad eos in specie ignitarum advenit linguarum.

Scribunt autem quidam apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum ac Virginem Matrem baptizaverit, Petrus vero reliquos omnes apostolos.

Vers. 6. *Quod — est.* Non carnalis, inquit generatio est, sed spiritualis; nam quod ex carne natum est, carnalis est progenies: quod autem natum est ex Spiritu, spiritualis generatio est. Carnalis itaque nativitas est sensibilis, spiritualis vero, intellectualis. Nec oportet, quod intellectuale est, sensibilibus indagare: neque humano modo opus, quod divinum est; siquidem ex quo prior generatio facta est inutilis, data est secunda regeneratio excelsior et honorabilior, Dei opus est prior; Dei opus est etiam posterior; Deus enim Spiritus est.

Cum igitur audieris quod Spiritus regenerat, ne modum quæras. Nam si incomprehensibilis est in utero formatio, longe incomprehensibilior est quæ in aqua fit: quod si de illa non ambigimus, omnipotenti Dei sapientiæ credentes, de hac multo magis credere oportet.

Sicut autem in prima hominis formatione subservivit terræ elementum, cum universa in manu essent Creatoris, ita et nunc subservit aquæ elementum, cum universa sint in voluntate Spiritus.

Quod si me interrogas, Quare nunc aqua: e diverso te interrogabo, Quare tunc terra? Poterit

#### Variæ lectiones et notæ.

(15) Inclusa omittit B.

(14) Papias fortasse, aut Origenes, ex narratione sanctarum veterum.

(u) *Occulte.* Forte *occulta* seu *obscura.* Et mox, *excitant.*

siquidem sine terra fieri homo. Nam et quod sine verbo (v) nihil faciat Deus confiteor : et quod solus omnium verba (x) exacte novit, et dico et credendum suadeo.

Quod autem in carnali generatione est uterus, hoc in spirituali est aqua : sed ibi quidem ad generationem opus est tempore, hic autem non ita : quia carnalia in tempore perfectionem assumunt, spiritualia vero statim perfecta creantur. Perfectum itaque verbum (y) per aquæ ministerium soli Deo manifestum est : hoc autem a sanctis Patribus utcumque comprehensum est, quia divina in eo signa adimplentur, sepultura videlicet ac resurrectio. In eo namque tanquam in quodam sepulcro, capite mergimur, vetusque homo sepelitur ac demergitur : deinde cum exsilivimus, novus resurgit et ostenditur. Quisadmodum enim nobis facile est demergi et exsilire, ita Deo facile est veterem hominem sepelire novumque excitare. Hoc autem tertium fit, ut scias potentiam Patris et Filii ac Spiritus sancti omnia efficere.

Dubitant autem quidam. Nam si quod natum est ex Spiritu, spiritus est, Christi certe caro spiritus erit. De Virgine enim dicit angelus : *Quod in ea natum est, a Spiritu sancto est* <sup>15</sup>. Quibus nos dicimus, quod hoc dixerit docens quod a viro non esset, non quia esset a muliere (z). Dicit enim Apostolus *Factum ex muliere* <sup>16</sup>, caru videlicet de carne. Natus est ergo a carne virginea, ne ab humana natura esset alienus. Nam si et hoc facto quidam non credunt incarnatum, quomodo in impietatem non cecidissent, si ita factum non esset? In Virgine ergo natus est a Spiritu sancto, sive supernaturaliter, quia non a viro. Nam hoc significat, quod dicitur, *A Spiritu sancto*.

Vers. 7. *Non — superne*. Videns eum nondum a crassitudine divelli sed turbari, primum reprimat : deinde facili conatu hunc ad exemplum ducit sensibile, propter illius imbecillitatem, et medium inter corpoream crassitudinem et incorpoream subtilitatem : ut hinc mentem ejus reducat. Dicit ergo :

Vers. 8. *Spiritus — spiritu*. Spiritum dicit nunc ventum. Est autem intentio ejusmodi : Sicut ven-

<sup>15</sup> Matth. i, 20. <sup>16</sup> Galat. iv, 4.

#### Variae lectiones et notæ.

(15) Ita etiam Hentenius. Alias conjici possit παίδομαι, credo.

(16) Sic dedi, pro καταδύοντων. Atque ita mox.

(17) 'Ex Πνεύματος. A. 'Ex τοῦ Πατρὸς B.

(18) Ἐστίν abest A.

(19) Perpetua est confusio in codicibus vocabulorum γεννώμενος; et γενόμενος. Ergo hic etiam γεν-

(v) *Sine verbo*. Sine ratione.

(z) *Verba*. Imo, *rationes, causas*.

(y) *Perfectum verbum*. Certa ratio.

γῆς ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ δεῖ μὲν ὁ Θεὸς οἰεῖν ποιεῖ χωρὶς λόγου συνομολογῶ· δεῖ δὲ τοῖς λόγοις πάντων μόνος οἰεῖν αὐτὸς ἀκριβῶς, καὶ λέγω καὶ κείθω (15).

Ἄπερ δὲ ἐπὶ τῆς σαρκικῆς γεννήσεως ἡ μήτρα, τοῦτο ἐπὶ τῆς πνευματικῆς τὸ ὕδωρ. Ἄλλ' ἐκὶ μὲν τὸ γεννώμενον χρόνον δεῖται, ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· διότι τὰ μὲν σαρκικὰ χρόνον προσλαμβάνει τὸ τέλος· τὰ δὲ πνευματικὰ τέλος αὐτὸ ἐξ ἀρχῆς διαπλάττεται. Ὁ μὲν οὖν ἀκριβῆς· λόγος τῆς χρείας τοῦ ὕδατος, μόνον τῷ Θεῷ ἄγιος· ὁ δὲ καταληπτικὸς τοῖς θεοῖς Πατέραςιν οὗτος· ἵτι θεὸς τελεῖται ἐν αὐτῷ σύμβολα, ταφῆ καὶ ἀνάστασις. Καθάπερ γὰρ ἐν τῷ τάφῳ καταδύοντων (16) ἡμῶν τὰς κεφαλὰς ἐν αὐτῷ· ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος θάπτεται καὶ καταποντίζεται· εἶτα ἀνανεούστων ἡμῶν, ὁ καινὸς ἀνίσταται καὶ ἀναθεῖκνυται. Ὡσπερ γὰρ εὐκαλόν ἡμῖν καταδύσθαι καὶ ἀνανεῦσαι· οὕτως εὐχερὲς τῷ Θεῷ θάψαι τὸν παλαιόν, καὶ ἀναστήσαι τὸν νέον. Τρίτον δὲ τοῦτο γίνεται, ἵνα μάθῃς δεῖ δύναμις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὰ πάντα ποιεῖν.

Ἀποροῦσι δὲ τινες, δεῖ εἶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ (17) Πνεύματος πνεῦμά ἐστι, πνεῦμα ἄρα ἢ τοῦ Χριστοῦ σάρξ. Περὶ γὰρ τῆς Παρθένου λέγων ὁ ἄγγελος εἰρηκεν· δεῖ τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθῆναι, ἐκ Πνεύματος ἐστίν (18) ἁγίου. Πρὸς οὗς λέγομεν δεῖ τοῦτο εἶπει διδάσκων· δεῖ οὐκ ἐξ ἀνδρὸς ἐστίν, οὐ μὴν δεῖ οἷδ' ἐκ γυναικὸς. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, *Γενόμενον (19) ἐκ γυναικὸς*. Εἰ δ' ἐκ γυναικὸς, ἄρα ἐκ σαρκὸς σάρξ. Ἐκ τῆς σαρκὸς οὖν τῆς παρθενικῆς ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἀλλότριος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἴη. Εἰ γὰρ, καὶ τούτου γενομένου, τινὲς διακιστοῦσιν δεῖ σεσάρκωται, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσον ἀσεβείας, εἰ μὴ τοῦτο γέγονεν; Ἐν τῇ Παρθένῳ δὲ ἐγεννήθη, ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἤγουν ὑπερφυῶς, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ Ἐκ Πνεύματος ἁγίου.

Μὴ — ἀνωθεν. Ἰδὼν αὐτὸν οὕτως τῆς παχύτητος ἀριστάμενον, ἀλλ' εἶτι θορυβοῦμενον, καταστέλλει πρῶτον· εἶτα εὐμηχάνως ἐπὶ παράδειγμα φέρει τοῦτον· αἰσθητὴν μὲν, διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ· μέσον δὲ σωματικῆς παχύτητος καὶ ἀσωμάτου λεπτότητος, ἵνα ἐνταῦθεν ἀναγίγῃ τὴν αὐτοῦ δόξαν. Φησὶ γὰρ (20)·

Τὸ πνεῦμα — πνεύματος. Πνεῦμα νῦν τὸν ἀνέμον λέγει. Ἔστι δὲ ὁ σκοπὸς τοιοῦτος, δεῖ Ὡσπερ

νώμενον legendum videtur. Γενόμενον editum est etiam apud Chrysost. tom. VI, p. 51 B. Sed ibi quoque nexus videtur postulare γεννώμενον. Ceterum recte de Christo dicitur γεννώμενος et γενόμενος, uti γέννησις, γένεσις.

(20) Οὖν, pro γὰρ A, ut interpres.

(z) *Non quia esset a muliere*. Neque tamen, quod nec ex muliere.

ὁ (21) ἀνεμος ὅπου θέλει πνεῖ, τουτέστιν ὅπου A  
κίνηθῃ· θέλησις γὰρ ἀνέμου, ἢ κίνησις· καὶ τὴν  
μὲν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἦτοι τὸν ἦχον [καὶ (22)  
πάταγον αὐτοῦ·] οὐ καταλαμβάνεις· βέ πῶθεν ἔρχε-  
ται καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἔστι καὶ πᾶς ὁ γεγεννη-  
μένος ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἀκατάληπτος δηλονότι  
κατὰ τὴν τοιαύτην γέννησιν.

Εἰ γὰρ τοῦ αἰσθητοῦ πνεύματος οὐ δύνασαι κατα-  
λαβεῖν τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ὁδὸν, οὐ τὴν αἰσθησιν δέχη.  
Ἐν τε τῷ ἀκούειν τὸν ἦχον αὐτοῦ, καὶ καταπνεῖσθαι,  
καὶ ψύχεσθαι, πολλῶ μᾶλλον τοῦ νοητοῦ (23).  
Καὶ εἰ τὴν ἐνέργειαν ἐκείνου τοῦ σωματικοῦ πνεύ-  
ματος μὴ καταλαμβάνων, ὁμως οὐκ ἀπιστεῖς, πῶς  
τὴν τούτου τοῦ σώματος μὴ καταλαμβάνων,  
διαπιστεῖς;

*Ἀπεκρίθη — γενέσθαι;* Ἐτι ὁ Νικόδημος ἐπὶ B  
τῆς Ἰουδαϊκῆς (24) εὐτελείας μένει, μηδὲν ὑπὲρ τὴν  
αἰσθησιν ἐνοησάσιν δυνάμενος, καὶ τοὶ παρῳδαιγματός  
οὕτω σαφοῦς λεχθέντος αὐτῷ. Λέγει οὖν· Πῶς δύνα-  
ται τοῦτο γενέσθαι, τὰ τῆς εἰρημένης ἀναγεν-  
νήσεως; Καὶ λοιπὸν ὁ Χριστὸς πληκτικώτερον αὐτῷ  
διαλέγεται.

*Ἀπεκρίθη — οὐ γινώσκεις;* Οὐδαμῶς πονηρίαν  
αὐτοῦ καταγινώσκει, ἀλλ' εὐθείαν καὶ ἀμαθίαν (25).  
Ἐδὲι γὰρ αὐτὸν ὄντα διδάσκαλον ταῦτα γινώσκειν  
ἀπὸ τῶν Γραφῶν. Σύμβολα γὰρ τῆς πνευματικῆς  
ἀναγεννήσεως αἱ τῶν Ἰουδαίων περιέχουσι βίβλοι·  
οἷον τὰ κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν, ἐν οἷς τύπος ἦν ἡ  
θάλασσα μὲν τοῦ ὕδατος, ἡ νεφέλη δὲ τοῦ Πνεύμα-  
τος· καὶ τὰ κατὰ τὸν λεπρὸν Ναεμάν, ὅτι ἐλούσθη ἐν  
(26) τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐπέστρεψεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐπ' C  
αὐτὸν, ὡς παιδαρίου μικροῦ, καὶ ἄλλα πολλὰ  
τοιαῦτα.

Καὶ μὴν καὶ προφητείας. Εἶπε γὰρ ὁ Δαυὶδ· Καὶ  
ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ  
εσχθισομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος· καὶ· Μακά-  
ριοι, ὧν ἀφῆθσαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκα-  
λύφθησαν αἱ ἀμαρτίαι· καὶ· Ἀνακαιρισθήσεται  
ὡς ἀετοῦ ἡ γῆσις σου. Τὰς τῶν ἄλλων γὰρ νῦν  
ἐπίον διὰ τὸ πληθὺς.

*Ἄμην — λαλοῦμεν.* Ἡ περὶ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πα-  
τρὸς τοῦτο φησιν, ἢ περὶ αὐτοῦ μόνου ὅτι· εἰ  
καὶ οὐ ἀπιστεῖς, ἀλλ' ἡμεῖς δ οἶδαμεν ἀκριβῶς  
τοῦτο λαλοῦμεν.

*Καὶ — μαρτυροῦμεν.* Τὸ αὐτὸ λέγει βεβαιώτως D  
ἐνεκεν, ὅτι καὶ δ οἶδαμεν μαρτυροῦμεν. Οὐ  
γὰρ αἰσθητὴν ὄρασιν νοήσεις· οὐπω γὰρ ἦν γε-  
γεννημένον.

*Καὶ — λαμβάνετε.* Τοῦτο εἶπεν, οὐ δυσχεραίνων,  
ἀλλ' ἡμέρως τὸ γινόμενον ἀπαγγέλλων, καὶ πράως  
τὸ συμβεβημένον προαναφώνων, καὶ οἷον διαμαρτυ-

tus, ubi vult, spirat, hoc est ubi motus fuerit :  
voluntas enim venti, motio est, et vocem ejus au-  
dis, sive sonum aut stridorem, non cognoscis autem  
unde venit aut quo abis : sic est omnis qui natu  
est ex Spiritu : incomprehensibilis est videlicet  
quoad hujusmodi generationem.

Quod si sensibilis spiritus impetum ac viam non  
potest comprehendere, cujus sensum recipis, tum quia  
sonum ejus audis, tum quod te calefaciat aut fri-  
gefaciunt : multo magis intelligibilis. Si ergo vim illius  
corporci spiritus licet non comprehendas, credis  
tamen : quomodo hanc incorporeum propterea non  
credis, quod non comprehendas ?

Vers. 9. Respondit — fieri ? Adhuc Nicodemus  
in Judaica manet imperfectione, nihil valeus supra  
sensum intelligere, etiam manifesto hujusmodi  
exemplo proposito. Dicit ergo : Quomodo possunt  
haec fieri, quæ de prædicta regeneratione dixisti ?  
Unde et Christus jam objurgantis more cum eo  
disscrit.

Vers. 10. Respondit — ignoras ? Nequaquam wa-  
litiæ condemnat eum Christus, sed Ignaviæ ac ru-  
ditatis. Oportebat enim eum qui præceptor erat,  
hæc a Scripturis cognoscere. Signa siquidem reg-  
enerationis spiritualis continent libri Judæorum,  
puta quæ de Rubro mare scribuntur, in quibus aquæ  
typus erat mare, nubes vero Spiritus ; et quæ  
de leproso Naaman, quando in Jordane lotus est,  
et reversa est caro sua ad ipsum, sicut caro pueri  
parvuli \*\*, aliaque plurima similia.

Habebant insuper et prophetias. Dixit enim David :  
Et annuntiabunt justitiam ejus populo, qui nascetur,  
quem fecit Dominus \*\* ; et, Beati quorum remissiones  
sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata \*\* ;  
et : Renovabitur sicut aquilæ juvenis tua \*\*. Alio-  
rum siquidem prophetiæ præ multitudine in præ-  
sentia relinquantur.

Vers. 11. Amen — loquimur. Vel de se ipso et Pa-  
tre hoc dicit, vel de seipso solo. Quanquam tu i. o.  
credas, nos tamen, quod probe novimus, hoc loqui-  
mur.

Vers. 11. Et — testamur. Idem confirmationis  
causa repetit : Quod scimus testamur : neque enim  
sensibilem aspectum intelligas, cum nondum factum  
esset.

Vers. 11. Et — accipitis. Hoc non indigne ferens  
dixit, sed leniter, quod fiebat, enarrans, et modeste,  
quod futurum erat, prædicens, et quasi protestan-

\*\* IV Reg. vi, 14. \*\* Psal. xxxi, 54. \*\* Psal. xxxi, 1. \*\* Psal. cii, 5.

#### Varie lectiones et notæ.

(21) O omittit B.  
(22) Loco trium istorum vocabulorum spatium  
vacuum est in cod. A.

(23) Intellige, οὐ δυνήση καταλαβεῖν. Poterat  
etiã pro μᾶλλον dicere μέιον. Sed infra ad VI, 44,

eodem modo loquitur.

(24) Ἀτελείας videtur legisse interpres. Sed ni-  
hil mutò. Εὐτελείας; habet etiã Chrysost. t. VIII,  
p. 151. A.

(25) Ἀμάθειαν, A.

ac docens nos, ne cum erga aliquos disputamus, indignè feramus, clamemus, aut exasperemur, si non persuadeamus; nam iræ materia ac principium clamor est; patienter vero respondere, est conari ut credibile facias, quod dixeris.

Vers. 12. *Si — credetis?* Frequenter cum verba facturus est, quæ sœ congruant majestati, his propter auditorum crassitudinem ac imbecillitatem relictis, humiliora dispensatorio modo condescendendo præfert: quod sane etiam nunc fecit. Nam ex quo de spiritali generatione locutus est de sua ipsius etiam generatione quæ fuit ante sæcula, quæque omnem et mentem et sermonem excedit, dicere volebat. Videns autem Nicodemum neque spiritualem posse intelligere, nihil de illa dicit, sed causam talis silentii docet, quod sit videlicet propter auditorum incredulitatem. Horum ergo incredulitati aut imbecillitati tribuendum est, quod sæpius mediocria aut humilia loquatur.

Terrena autem intelligunt hic quidam de vento dictum esse, ac si diceret: Si terrenam proposui exemplum, et non creditis, quomodo si cœlestis aliquid aut sublimius dixerō, credetis?

Alii vero, *terrena*, de regeneratione dictum astruunt, interpretantes, quod terrenam hanc dixerit, etsi cœlestis sit ac divina, tanquam super terram impleta, et comparando ad suam ineffabilem generationem. Nam ad illius celsitudinem hæc terrena est et humilia.

Vers. 13. *Et — qui descendit.* Quia superius dixit Nicodemus: Scimus quod a Deo veneris in magistrum; hoc ipsum nunc corrigit, ac si dicat: Nec me talem existimes præceptorem, quasi unum aliquem ex prophetis. Nullus siquidem illorum ascendit in cœlum, sive ingressus est in cœlum, nisi ego qui e cœlo descendit, ideoque sublimiora defero dogmata.

Alio præterea modo dixit: *Qui descendit de cœlo*: quia in Veteri Testamento diversimode, variaque dispensatione dicitur Deus ascendere ac descendere, velut est illud: *Descendens videbo, et juxta clamorem illorum operati sunt*<sup>49</sup>, et *Ascendit Deus ad Abraham, ut cessavit loqui ad eum*<sup>50</sup>, multaque similia.

Vers. 13. *Filius hominis.* Qui secundum humanitatem Filius est hominis.

Scire autem oportet, quod a divinitate seipsum frequenter nominat, et etiam sæpius ab humanitate.

Vers. 13. *Qui — cœlo.* Qui juxta divinitatem in

<sup>49</sup> Gen. xviii, 21. <sup>50</sup> Gen. xvii, 22.

Α ρόμενος και παιδεύων ἡμᾶς, ὅταν πρὸς τινὰς διαλεγόμενοι, μὴ παύωμεν, μὴ δυσχεραίνωμεν, μηδὲ κρέζειν και ἀγριάζειν· ὕλη γὰρ ὀργῆς ἡ κραυγὴ· ἀλλ' ἀνεξικακῶς ἀποκρίνεσθαι, και περιάσθαι ποιεῖν ἐξόπιστον τὸ λεγόμενον.

*Ei — πιστεύετε;* Παλλάκι; μέλλων ἀπειθεῖαι λόγων ἀξίων τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, παρατρέχει τοὺτους διὰ τῶν ἀκρωμένων παχύτητα και ἀσθένειαν, και προτιμᾷ τοὺς ταπεινότερους, συγκαταβατικῶς τε και οικονομικῶς, ὃ δὴ πάνταυθα πεποίηκεν. Ἐπει (26) γὰρ περὶ τῆς πνευματικῆς γεννήσεως εἶπεν, ἐβούλετο μὲν εἰπεῖν, και περὶ τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως, τῆς προαιωνίου και πάντα νοῦν και λόγον ὑπερβαίνουσης· ἰδὼν δὲ τὸν Νικεδήμενον μηδὲ τὴν πνευματικὴν παραδέξασθαι δυνάμενον, οὐδὲν μὲν λέγει περὶ ἐκείνης, διδάσκει δὲ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης σιγῆς, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν ἀκρωμένων. Ὅστε, ὅταν μέτρια φθέγγηται και ταπεινὰ και ἀνάξια πολλάκις τῆς (27) αὐτοῦ θεότητος, τῇ ἀπιστίᾳ και ἀσθενείᾳ τούτων λογιστέον αὐτά.

Ἐπίγεια δὲ νῦν (28) τινες περὶ τοῦ ἀνόμου φασὶν εἰρησθαι· ὅτι, *Ei ἐπίγειον παράδειγμα εἶπον, και οὐ πιστεύετε, πῶς, ἐὰν εἶπω οὐράνιον τι και ὑψηλότερον, πιστεύετε (29);*

Τινὲς δὲ, *Ἐπίγεια* περὶ τῆς ἀναγεννήσεως ῥηθῆναι λέγουσιν, ἐρμηνεύοντες ὅτι ἐπίγειον τοῦτο εἶπε, και τοὶ οὐράνιον και θεῖον ὄν, ὡς ἐπὶ γῆς τελοῦμενον· ἢ και πρὸς σύγκρισιν τῆς φρικωδεστάτης αὐτοῦ γεννήσεως. Πρὸς γὰρ τὸ ὕψος ἐκείνης, ἐπίγειός ἐστιν αὕτη και χθαμαλή.

*Και — καταβάς.* Ἐπει προλαβὼν εἶπεν ὁ Νικεδήμενος, ὅτι Ὀίδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, τοῦτο αὐτὸ διορθοῦται νῦν, ὡσανεὶ λέγων, Μὴ νομίσῃς με τοιοῦτον διδάσκαλον ὡς ἕνα τῶν προφητῶν. Καὶ γὰρ οὐδέεις ἐκείνων ἀναβέθησαν εἰ; τὸν οὐρανὸν, [ἦγγον (30) ἐπέβη τοῦ οὐρανοῦ,] εἰ μὴ ἐγὼ ὃ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Διὸ και ὑψηλὰ δόγματα κομίζω.

Και ἐτέρως δὲ εἶπεν, ὅτι *Ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· διότι πρὸς τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ κατὰ διαφόρους οικονομίας ὁ Θεὸς καταβῆναι και ἀναβῆναι λέγεται, ὡς τὸ· Καταβάς ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται· και τὸ· Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ, ἦρτοκα ἐπαύσατο λαλῶν αὐτῷ,* και πολλά τοιαῦτα.

*Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Ὁ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα Υἱὸς (31) τοῦ (32) Θεοῦ.

Χρῆ δὲ γινώσκωμεν ὅτι πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος· πολλάκις; δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος] ὀνομάζει αὐτόν.

*Ὁ — ὕψωτον.* Ὁ κατὰ τὴν θεότητα ὢν ἐν τῷ οὐ-

#### Variae lectiones et notæ.

(26) Ἐπειδὴ Α.  
(27) Τῆ; ἑαυτοῦ Α.  
(28) Τινίς Α.  
(29) Πιστεύετε γὰρ Α.

(30) Inclusa absunt Α.  
(31) Inclusa absunt Α.  
(32) Corrige ἀνθρώπου, ut habet Hentenius.

ρανῶ, εἶπουν ὁ οὐράνιος. Ὅρα δὲ πῶς, εἰ καὶ A  
 ὄνηται δοκοῦσιν οἱ λόγοι, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀνάξιοι  
 εἶσι τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ γὰρ  
 ὦν, οὐκ ἀπελιμπάνετο τῆς γῆς· καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ  
 καταβάς, οὐκ ἀφίστατο τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ  
 ἦν. Ἀπεριγραπτος γὰρ ἡ θεότης. Ὅμως φθέγγεται  
 τοιαῦτα, φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τοῦ ἀκροατοῦ,  
 καὶ κατὰ μικρὸν ἀνάγειν βουλόμενος τὴν αὐτοῦ  
 διάνοιαν.

Καὶ — αἰώνιον. Εἰπὼν τὴν μεγίστην εἰς ἀνθρώ-  
 πους εὐεργεσίαν, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος, λέ-  
 γει (33) καὶ ἑτέραν οὐκ ἐλάττονα, τὴν διὰ τοῦ  
 σταυροῦ. Τὰς δύο γὰρ καὶ Παῦλος ἑμοῦ τέθεικε  
 γράφων Κορινθίοις: *Μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ  
 ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ δρομα Παύλου ἀβαπτίσθητε; Τὰ* B  
 δύο γὰρ ταῦτα τὴν ἄφατον αὐτοῦ δεικνύουσιν ἀγά-  
 πην, ὅτι καὶ ἀναγίνθησιν ἰαχρίστατο, ἵνα καθαρῶς  
 ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἐσταυρώθη, ἵνα  
 ζήσωμεν αἰωνίως. Προσεήμανε μὲν οὖν τὴν σταυρω-  
 σιν αὐτοῦ, δεικνύς ὅτι προγινώσκει ταύτην, καὶ  
 λοιπὸν ἰκουσίως ἐπὶ ταύτην ἔρχεται διὰ τὴν σωτη-  
 ρίαν τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ ἐξ εὐθείας δὲ περὶ αὐτῆς  
 εἶπεν, ἀλλὰ τὸν παρὰ Μωϋσέως ὑψωθέντα ὄφιν  
 ἔλαβε παράδειγμα, διδάσκων ὅτι συγγενῆ τὰ παλαιὰ  
 τοῖς καινοῖς, καὶ τύποι τούτων ἐκείνα.

Ἔστι δὲ ἡ κατὰ τὸν ὄφιν ἱστορία τοιαύτη τις· Ἐν τῇ  
 ἐρήμῳ πάλαι δάκνοντες οἱ ὄφεις τοὺς Ἰσραηλίτας;  
 ἀνήρουν. Ἐκέλευσεν οὖν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῆϊ κατα-  
 σκευάσαι χαλκοῦν ὄφιν, καὶ ὑψῶσαι τοῦτον ἐπὶ ξύλου,  
 καὶ τοὺς δεδηγμένους ἀτενίσκειν εἰς αὐτόν, καὶ οὕτως C  
 οἱ δηγθέντες ἔζων. Καὶ ἦν τύπος ὁ χαλκοῦς ὄφιν τοῦ  
 στερέου καὶ ἀνευδότου πρὸς κακίαν σώματος τοῦ  
 Χριστοῦ· ὁ χωρὶς ἰοῦ, τοῦ χωρὶς ἰοῦ τῆς ἁμαρτίας·  
 ὁ ὑψωθείς ἐπὶ ξύλου, τοῦ ὑψωθέντος ἐπὶ ξύλου τοῦ  
 σταυροῦ· ὁ παρέχων ζωὴν τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν  
 ὄφιν καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτόν, τοῦ παρέχοντος  
 ζωὴν αἰώνιον τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν νοητῶν ὄφιν  
 καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτόν ἐν πίστει.

Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁμοιωματικῶς εἶπεν ὅτι *Καθὼς  
 Μωϋσῆς ὑψῶσε τὸν ὄφιν, καὶ τὰ ἐξῆς. Εἶτα προσ-  
 ἔθηκε καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ὑψώσεως. Ὅσπερ  
 γὰρ ἐκεῖνος ὑψῶσε τὸν ὄφιν ἵνα οἱ ἀτενίζοντες εἰς  
 αὐτόν ἔχωσι (34) ζωὴν· οὕτω καὶ οὗτος ὑψώθη ἵνα  
 οἱ ἀτενίζοντες εἰς αὐτόν, ἦγουν οἱ πιστευόντες, ἔχωσι D  
 ζωὴν αἰώνιον. Ἄλλ' ὄφιν μὲν ἐκεῖ διὰ τοὺς δά-  
 κνοντας ὄφεις, ἀνθρώπος δὲ ἐνταῦθα διὰ τοὺς  
 δακνομένους ἀνθρώπους. Καὶ ἐκεῖ μὲν, ἐπὶ δι'  
 ὄφιν ἢ βλάβη, δι' ὄφιν καὶ ἡ θεραπεία· ἐνταῦθα  
 δὲ, ἐπὶ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν  
 κόσμον, δι' ἀνθρώπου καὶ ἡ ζωὴ παρεγένετο· νε-  
 κροῦ δὲ, ἵνα νεκρωθῇ τὸ νεκροῦν.*

Εἰπὼν δὲ, ὅτι *Ἔρα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν  
 μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχη* (35) *ζωὴν αἰώνιον*.

<sup>31</sup> I Cor. 1, 13. <sup>32</sup> Num. xxi. 8, 9.

#### Variæ lectiones et notæ.

(33) Οὐ καὶ ἐλάττονα ἑτέραν (hic est spatium  
 vacuum quicunque litterarum) τὴν διὰ A.

(34) Ἔχουσι A.

(35) Ἔχει A.

Vers. 14. Et — Vers. 15. *æternam*. Cum maxi-  
 mum retulisset beneficium, quod hominibus, per  
 baptismum confertur, narrat et aliud non minus,  
 quod per crucem datur. Quæ duo Paulus quoque  
 simul posuit scribens ad Corinthios: *Num pro vobis  
 crucifixus est Paulus, aut in nomine Pauli baptizati  
 estis* <sup>31</sup>? Nam hæc duo ineffabilem ejus ostendunt  
 dilectionem, quod et regenerationem contribuit ut  
 mundaret nos a peccatis nostris, et crucifixus est ut  
 in æternum vivamus. Innuit itaque crucifixionem  
 suam, ostendens quod eam præcognoverit, et ex  
 consequenti voluntarie ad eam propter hominum  
 salutem accedat. Non tamen de ea directe locutus  
 est, sed exaltati a Mose serpentis sumpsit exemplum,  
 docens quod vetera novis cognata sint, eorumque  
 figuræ.

Est autem de serpente historia talis: In eremo  
 olim serpentes morsu necabant Israelitas. Jussit ergo  
 Deus Mosi, ut factum serpentem æneum exaltaret  
 in ligno; ad quem intenderent, qui mori erant ac  
 sanarentur <sup>32</sup>. Eratque serpens æneus durus, figura  
 corporis Christi, duri ac severi contra peccatum:  
 ille absque veneno, et hic sine veneno peccati: ille  
 in ligno elevatus, et hic in ligno crucis exaltatus;  
 ille morsis a serpente et in se intendentibus vitam  
 præbens, hic morsis a serpentibus spiritualibus vitam  
 tribuens sempiternam, si fide in ipsum intendant.

Propter hoc ergo per similitudinem dixit: *Sicut  
 Moses exaltavit serpentem*, et cætera. Deinde causam  
 addit talis exaltationis. Sicut enim elevavit ille  
 serpentem ut in eum intendentem vitam haberent,  
 ita et hic exaltatus est ut in eum intendentem sive  
 credentes, vitam habeant sempiternam. Sed ibi sane  
 serpens propter homines morsos. Ibi quia propter  
 homines propter homines morsos. Ibi quia propter  
 serpentes provenerat nocumentum, per serpentem  
 erat et cura: hic vero, quoniam per hominem  
 intravit mors in mundum, datur et vita per homi-  
 nem; eumque mortuum, ut is qui mortem induxe-  
 rat, moreretur.

Dicens autem: *Ut omnis qui credit in eum non per-  
 eat, sed habeat vitam æternam*, omnino se Deum

esse ostendit, cujus mors præstat alii vitam æternam. Moritur siquidem tanquam homo, præstat autem vitam æternam tanquam Deus : et qui aliorum prohibet perditionem, ipse nequaquam perire potest. Crux ergo vitæ ætorum fons est. Unde, quod cogitatio non facile recipit, fides recipit, quæ cogitationis imbecillitati nervos addit. Patet ergo fidei utilitas.

Vers. 16. Sic — æternam. — Deus sic dilexit mundum, sive adeo homines amat, ut pro hominibus Filium suum dilectum in mortem tradiderit, ut omnes qui credit in eum, vivat perenniter vita beata, quæ sanctis congruit. Ostendit ergo, quod de mente sua sicut et Patris fuerit crucifixio; una siquidem eademque voluntas est Patris et Filii ac Spiritus sancti. Rursum quod additur : *Ut omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam*, confirmatio verbi est.

Sed quomodo causam dilexit Deus mundum? plane ob aliud nihil, quam propter immensam bonitatem suam.

Erubescamus igitur intuentes ejus dilectionem : nam ipse neque Filio suo unigenito pepercit propter nos, at nos etiam pecuniis parcimus, ne eas propter ipsum expendamus : quod certe omnem excedit ingratitudinem, ut opus ejus immensæ sit bonitatis, nostrum vero immensæ ingratitudinis. Erga Filium quoque simili utimur perfidia. Homini namque qui se pro nobis exposuit periculo, prompte omnem tradimus substantiam : Christo vero qui pro nobis mortuus est, neque hanc benevolentiam mensuram exhibemus : sed fratres ejus minime despiciamus esurientes, aliaque plurima sustinentes : magis autem ipsum, qui mala illorum per compassionem pro suis ducit.

Vers. 17. Non — enim. Aliam quoque Dei ostendit humanitatem ac ineffabilem quam erga nos gerit curam. Neque enim solum dedit Filium suum unigenitum, sed et judicium rejecit, ac in secundum ejus distulit adventum.

Duo siquidem Christi sunt adventus, qui jam factus est et qui futurus est. Non sunt autem hi duo ad eosdem fines; est enim primus non ut inquirat, sed ut remittat quæ ab hominibus perpetrata sunt : secundus vero non ut remittat, sed ut inquirat. Hic ergo de primo loquitur.

Atqui etiam primus condemnationis erat, si quod verum est fateri volumus; nam ante hunc lex naturalis erat, et lex scripta ac prophetæ, doctrinæ et signorum exhibitiones, aliaque multa quæ vitæ instituta corrigerent : et consequens erat ut omnium transgressiones punirentur. Sed cum admodum humanus esset, non statim de malis inquirebat, sed ignoscebat; nam si inquisisset, omnes simul abrepti essent, omnes siquidem peccarent. Nunc ergo venit ut de præteritis veniam

Α ἐπέφηνεν ὅτι οὗ ὁ θάνατος ἐτέροις παρέχει ζωὴν αἰώνιον, θεός ἐστι πάντως· θανὼν μὲν ὡς ἄνθρωπος, παρέχων δὲ ζωὴν αἰώνιον ὡς θεός· καὶ ὁ κωλύων τὴν ἐτέραν ἀπολείπει οὐκ ἂν ποτε αὐτὸς ἀπολείπεται. Ὁ σταυρὸς οὖν πηγὴ ζωῆς αἰωνίου, ὁ λογισμὸς μὲν βεβήως οὐ παραδέχεται, πίστις δὲ παραδέχεται, νευροῦσα τοῦ λογισμοῦ τὴν ἀσθένειαν. Χρῆτα τοίνυν πιστεῶς.

Ὁδῶς — αἰώνιον. Ὁδῶς ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἦγον τοσοῦτόν ἐστι φιλόθρωπος, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητὸν ἐξέδωκεν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων εἰς θάνατον, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν ζῆ αἰωνίως τὴν μακαρίαν ζωὴν, τὴν πρόπουσαν τοῖς ἁγίοις. Ἐδειξε τοίνυν ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ κατὰ γνώμην ἢ σταύρωσις. Ἐν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα Πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Πάλιν δὲ τὸ, Ἴνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπολείπεται, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λόγου.

Ἄλλὰ τίνας ἐνεκεν ὁ θεὸς ἠγάπησεν τὸν κόσμον; Πάντως δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος.

Αἰσχυρθῶμεν οὖν αὐτοῦ τὴν ἀγάπην. Αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ μονογενοῦς ἐφείσατο δι' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ καὶ χρημάτων φειδόμεθα δι' αὐτὸν, ὁ πᾶσαν ὑπερέβηκεν ὄντως ἀχαριστίαν· ὡς εἶναι τὸ ἐκείνου μὲν ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, τὸ ἡμετέρον δὲ, ὑπερβολὴν ἀχαριστίας. Ἄλλὰ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ἰσὴν ἀγνωμοσύνην τηροῦμεν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν κινδυνεύοντι, πᾶσαν προθύμως ἐπιδώσομεν ἂν τὴν οὐσίαν· τῷ δὲ Χριστῷ δι' ἡμᾶς ἀποθανόντι, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέτρον τῆς ἀγνωμοσύνης φυλάττομεν, ἀλλὰ παρρωμῶμεν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοὺς ἐλαχίστους, κρινώντας καὶ διψώντας, καὶ ἄλλα πάντα κακοπαθούντας, μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐκείνου, τὸν τὰ ἐκείνων συμπαθεῖς οικειούμενον.

Ὁ — αὐτοῦ. Δείκνυσιν καὶ ἄλλην τοῦ θεοῦ φιλοφροσύνην καὶ κηδεμονίαν ἄφατον. Οὐ μόνον γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κρίσιν ἀνεβάλετο, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν αὐτῆν ἐταμιεύσατο.

